ἐστι πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι ἀγαθοί, οὓς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστίν, οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους, ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει καὶ παντὶ σθένει. (4) Καὶ ὡς ἡμᾶς πρέπει βουλεύεσθαι ἀδικουμένους μηδεὶς διδασκέτω, ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν μᾶλλον πρέπει πολὺν χρόνον βουλεύεσθαι. (5) Ψηφίζεσθε οὖν ὦ Λακεδαιμόνιοι ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον, καὶ μήτε τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶτε μείζους γίγνεσθαι, μήτε τοὺς ξυμμάχους καταπροδιδῶμεν, ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. »

LXXXVII. Τοιαῦτα δὲ λέξας ἐπεψήφιζεν αὐτὸς ἔφορος ὢν ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λακεδαιμονίων. (2) Ὁ δὲ (κρίνουσι γὰρ βοῇ καὶ οὐ ψήφῳ) οὐκ ἔφη διαγιγνώσκειν τὴν βοὴν ὁποτέρα μείζων ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς φανερῶς ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι ἔλεξεν « ὅτῳ μὲν ὑμῶν ὦ Λακεδαιμόνιοι δοκοῦσι λελύσθαι αἱ σπονδαὶ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν, ἀναστήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον » δείξας τι χωρίον αὐτοῖς, « ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. » (3) Ἀναστάντες δὲ διέστησαν, καὶ πολλῷ πλείους ἐγένοντο οἷς ἐδόκουν αἱ σπονδαὶ λελύσθαι. (4) Προσκαλέσαντές τε τοὺς ξυμμάχους εἶπον ὅτι σφίσι μὲν δοκοῖεν ἀδικεῖν οἱ Ἀθηναῖοι, βούλεσθαι δὲ καὶ τοὺς πάντας ξυμμάχους παρακαλέσαντες ψῆφον ἐπαγαγεῖν, ὅπως κοινῇ βουλευσάμενοι τὸν πόλεμον ποιῶνται, ἢν δοκῇ. (5) Καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου διαπραξάμενοι ταῦτα, καὶ οἱ Ἀθηναίων πρέσβεις ὕστερον ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες, (6) ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας, τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι, ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν, αἳ ἐγένοντο μετὰ τὰ Εὐβοϊκά.

LXXXVIII. Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελύσθαι καὶ πολεμητέα εἶναι οὐ τοσοῦτον τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις ὅσον φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα.

LXXXIX. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τρόπῳ τοιῷδε ἦλθον ἐπὶ τὰ πράγματα ἐν οἷς ηὐξήθησαν. (2) Ἐπειδὴ Μῆδοι ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς Εὐρώπης νικηθέντες καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ὑπὸ Ἑλλήνων, καὶ οἱ καταφυγόντες αὐτῶν ταῖς ναυσὶν ἐς Μυκάλην διεφθάρησαν, Λεωτυχίδης μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῶν ἐν Μυκάλῃ Ἑλλήνων, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου ἔχων τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου ξυμμάχους, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου ξύμμαχοι ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως ὑπομείναντες Σηστὸν ἐπολιόρκουν Μήδων ἐχόντων, καὶ ἐπιχειμάσαντες εἷλον αὐτὴν ἐκλιπόντων τῶν βαρβάρων, καὶ μετὰ τοῦτο ἀπέπλευσαν ἐξ Ἑλλησπόντου ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις. (3) Ἀθηναίων δὲ τὸ κοινόν, ἐπειδὴ αὐτοῖς οἱ βάρβαροι ἐκ τῆς χώρας ἀπῆλθον, διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν περιοῦσαν κατασκευήν, καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν παρεσκευάζοντο καὶ τὰ τείχη· τοῦ

et naves et equi; nobis vero boni socii, qui Atheniensibus non sunt tradendi; neque judiciis verbisque est disceptandum, quum et ipsi non verbis lædantur; sed auxilium est ferendum celeriter, totisque viribus. (4) Nec doceat nos quisquam decere nos consultare, quum injuria nobis infertur; imo vero eos, qui injuriam facere parant, diu consultare decet. (5) Quamobrem, Lacedæmonii, e dignitate Spartæ bellum decernite, et nec Athenienses majores fieri sinatis, nec socios prodamus, sed deorum auxilio freti bellum illis, qui faciunt injuriam, inferamus. »

LXXXVII. Hæc locutus, quoniam ipse Ephorus erat, in Lacedæmoniorum concione sententias rogavit. (2) Tunc autem (nam voce, non calculis suffragia ferunt) negavit se discernere, utra vox esset major; sed quia volebat ipsos sententiam aperte dicentes ad bellum movendum promptiores esse, dixit : « Cui vestrum, Lacedæmonii, fœdera rupta esse, et Athenienses injuriam facere videntur, surgat, et in locum illum (quemdam locum ipsis ostendens) discedat; cui non videntur, in alterum. » (3) Illi autem, quum surrexissent, discessionem fecerunt, et longe plures fuere, quibus fœdera rupta videbantur. (4) Accitisque sociis, dixerunt, sibi quidem videri, Athenienses injuste agere, velle tamen et socios omnes ad suffragia ferenda accire, ut de communi consilio, si videretur, bellum facerent. (5) Atque illi quidem, his confectis, domum abierunt; et postea etiam Atheniensium legati, rebus transactis, quarum causa venerant. (6) Hoc autem illius concionis decretum, fœdera esse rupta, factum est anno ab initis tricennalibus fœderibus decimo quarto, quæ post res in Eubœa gestas inita erant.

LXXXVIII. Decreverunt autem Lacedæmonii fœdera rupta esse et bellum gerendum esse non tam sociorum verbis inducti, quam metu, ne Athenienses fierent potentiores, quia magnam Græciæ partem illorum imperio jam subjectam videbant.

LXXXIX. Nam Athenienses hoc modo ad res eas venerunt, per quas creverunt. (2) Postquam Medi ex Europa discesserunt, navali pariter ac pedestri pugna a Græcis victi, et qui ex illis ad Mycalen navibus confugerant, profligati sunt, Leotychides quidem Lacedæmoniorum rex, Græcorum, qui apud Mycalen erant, dux, domum abiit cum sociis, qui ex Peloponneso venerant. Athenienses vero et socii, qui ex Ionia et Hellesponto venerant, quum a Rege jam defecissent, perseverantes, obsidebant Sestum, quam Medi tenebant, et ibi hiemantes eam a barbaris derelictam ceperunt. Postea vero ex Hellesponto in suas quique urbes navigarunt. (3) Atheniensium vero commune, postquam barbari ipsis ex regione discesserunt, statim absportarunt illinc, ubi deposuerant liberos et uxores et quicquid supellectilis supererat, urbisque ædificia et muros instau-

τε γὰρ περιβόλου βραχέα εἱστήκει, καὶ οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ πεπτώκεσαν ὀλίγαι δὲ περιῆσαν ἐν αἷς αὐτοὶ ἐσκήνησαν οἱ δυνατοὶ τῶν Περσῶν.

XC. Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι τὸ μέλλον ἦλθον πρεσβείᾳ, τὰ μὲν καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μήτ' ἐκείνους μήτ' ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα, τὸ δὲ πλέον τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων καὶ φοβουμένων τοῦ τε ναυτικοῦ αὐτῶν τὸ πλῆθος, ὃ πρὶν οὐχ ὑπῆρχεν, καὶ τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην. (2) Ἠξίουν τε αὐτοὺς μὴ τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον ὅσοις εἱστήκει ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τοὺς περιβόλους, τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες ἐς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου, εἰ αὖθις ἐπέλθοι, οὐκ ἂν ἔχοντος ἀπ' ἐχυροῦ ποθέν, ὥσπερ νῦν ἐκ τῶν Θηβῶν, ὁρμᾶσθαι· τήν τε Πελοπόννησον πᾶσιν ἔφασαν ἱκανὴν εἶναι ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμήν. (3) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι Θεμιστοκλέους γνώμῃ τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας ἀποκρινάμενοι ὅτι πέμψουσιν ὡς αὐτοὺς πρέσβεις περὶ ὧν λέγουσιν εὐθὺς ἀπήλλαξαν· ἑαυτὸν δ' ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἄλλους δὲ πρὸς ἑαυτῷ ἑλομένους πρέσβεις μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ἐπισχεῖν μέχρι τοσούτου ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν ἄρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι ἐκ τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕψους· τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, φειδομένους μήτε ἰδίου μήτε δημοσίου οἰκοδομήματος ὅθεν τις ὠφελία ἔσται ἐς τὸ ἔργον, ἀλλὰ καθαιροῦντας πάντα. (4) Καὶ ὁ μὲν ταῦτα διδάξας, καὶ ὑπειπὼν τἆλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι, ᾤχετο. (5) Καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ διῆγε καὶ προυφασίζετο. Καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων ὅ τι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινόν, ἔφη τοὺς ξυμπρέσβεις ἀναμένειν, ἀσχολίας δέ τινος οὔσης αὐτοὺς ὑπολειφθῆναι, προσδέχεσθαι μέντοι ἐν τάχει ἥξειν καὶ θαυμάζειν ὡς οὔπω πάρεισιν.

XCI. Οἱ δὲ ἀκούοντες τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπείθοντο διὰ φιλίαν αὐτοῦ, τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων καὶ σαφῶς κατηγορούντων ὅτι τειχίζεταί τε καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπιστῆσαι. (2) Γνοὺς δ' ἐκεῖνος κελεύει αὐτοὺς μὴ λόγοις μᾶλλον παράγεσθαι ἢ πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἄνδρας οἵτινες χρηστοὶ καὶ πιστῶς ἀπαγγελοῦσι σκεψάμενοι. (3) Ἀποστέλλουσιν οὖν, καὶ περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν καὶ μὴ ἀφεῖναι πρὶν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν· ἤδη γὰρ καὶ ἧκον αὐτῷ οἱ ξυμπρέσβεις, Ἀβρώνιχός τε ὁ Λυσικλέους καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος· ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς, ὁπότε σαφῶς ἀκούσειαν, οὐκέτι ἀφῶσιν. (4) Οἵ τε οὖν Ἀθηναῖοι τοὺς πρέσβεις ὥσπερ ἐπεστάλη κατεῖχον, καὶ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τοὺς ἐνοικοῦν-

rare parabant, nam et parvæ tantum partes mœnium restabant et ædes pleræque conciderant, paucæque supererant, in quibus ipsi Persarum principes manserant.

XC. Lacedæmonii vero quum intellexissent, quod futurum erat, legati venerunt, partim quidem, quod et ipsi libentius visuri fuissent, nec illos nec alium quemquam muros unquam habentem; partim vero, idque præcipue, quod socii illos instigarent, et metuerent cum classis eorum magnitudinem, quæ paulo ante ipsis non suppetebat, tum etiam audaciam, quam in bello Medico demonstrarant. (2) Postulabant autem ab ipsis, ne muros reficerent, sed potius omnium etiam urbium, quæ extra Peloponnesum erant, quarumcunque ambitus adhuc starent, eos secum demolirentur, ipsam quidem voluntatem animique suspicionem, quam de Atheniensibus habebant, non declarantes, sed quasi hoc consilio, ne barbarus, si rursus bellum inferret, ullum locum munitum haberet, unde proficisceretur, quemadmodum nunc ex Thebanorum urbe; et Peloponnesum omnibus receptaculum et perfugium satis tutum fore dixerunt. (3) Athenienses vero de Themistoclis sententia Lacedæmonios, qui hæc dixerant, confestim dimiserunt, responso dato, legatos hisce de rebus, quas dixissent, a se ad eos missum iri; se autem ut Lacedæmona primo quoque tempore mitterent, Themistocles suadebat; alios vero legatos, præter se electos, ne statim emitterent, sed tamdiu retinerent, donec murum ad justam altitudinem erexissent, ita ut ex altitudine maxime necessaria vim hostis propulsare possent; opus autem facerent omnes, qui erant in urbe, publico consensu et ipsi, et uxores, et liberi nullii aut privato aut publico ædificio parcentes, unde aliquid utilitatis ad opus percipi posset, sed omnia diruentes. (4) Quum autem ille hæc docuisset, et addidisset, se curaturum cetera, quæ essent illic agenda, discessit. (5) Quumque Lacedæmona venisset, non adibat magistratus, sed rem trahebat, et speciosas causas prætendebat. Et quoties aliquis de summis magistratibus eum interrogasset, cur ad reipublicæ commune non accederet, suos collegas dicebat a se exspectari; eos autem aliqua occupatione impeditos remansisse; se tamen sperare, eos propediem venturos, et mirari quod nondum adessent.

XCI. Illi vero, cum hæc audirent, Themistocli quidem fidem habebant, propter amicitiam, quæ ipsis cum illo intercedebat; sed quum alii venirent, et aperte arguerent, muros ædificari, atque adeo jam sublimes esse, facere non poterant, quin crederent. (2) Quod quum ille intellexisset, suasit ipsis, ne verbis se falli paterentur, sed potius de suorum civium numero probitatis fideique spectatæ viros mitterent, qui rem exploratam fideliter renuntiarent. (3) Illi igitur hos miserunt. Themistocles vero Atheniensibus horum adventum per nuntios clam significavit, suadens, ut quam occultissime possent eos retinerent, neque dimitterent, ante quam ipsi rediissent; jam enim etiam collegæ ejus ad ipsum venerant, Habronichus Lysiclis, et Aristides Lysimachi filius, murum jam satis altum esse nuntiantes; metuebat enim, ne Lacedæmonii, ubi rem plane rescivissent, se non amplius dimitterent. (4) Itaque et Athenienses legatos retinuerunt, ut ipsis per nuntios erat significatum, et Themistocles quum ad Lacedæmoniorum magistratus ivisset, tunc demum aperte dixit, urbem suam muris jam esse cinctam, ita ut eos, qui in ipsa habitarent, tutari pos-

τας, εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς, ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν ἰέναι τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά. (5) Τήν τε γὰρ πόλιν ὅτε ἐδόκει ἐκλιπεῖν ἄμεινον εἶναι καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι, ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι, καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι, οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι. (6) Δοκεῖν οὖν σφίσι καὶ νῦν ἄμεινον εἶναι τὴν ἑαυτῶν πόλιν τεῖχος ἔχειν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι· (7) οὐ γὰρ οἷόν τ' εἶναι μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς ὁμοῖόν τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. Ἢ πάντας οὖν ἀτειχίστους ἔφη χρῆναι ξυμμαχεῖν ἢ καὶ τάδε νομίζειν ὀρθῶς ἔχειν.

XCII. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις (οὐδὲ γὰρ ἐπὶ κωλύμῃ ἀλλὰ γνώμης παραινέσει δῆθεν τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο, ἅμα δὲ καὶ προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς τὸν Μῆδον προθυμίαν τὰ μάλιστ' αὐτοῖς ἐτύγχανον), τῆς μέντοι βουλήσεως ἁμαρτάνοντες ἀδήλως ἤχθοντο. Οἵ τε πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου ἀνεπικλήτως.

XCIII. Τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐτείχισαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. (2) Καὶ δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο· οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ, ἀλλ' ὡς ἕκαστοί ποτε προσέφερον, πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. Μείζων γὰρ ὁ περίβολος πανταχῇ ἐξήχθη τῆς πόλεως, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ὁμοίως κινοῦντες ἠπείγοντο. (3) Ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν (ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξεν) νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτοὺς ναυτικοὺς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν· (4) τῆς γὰρ δὴ θαλάσσης πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς ἀνθεκτέα ἐστί, καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ξυγκατεσκεύαζεν. (5) Καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ· δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον· ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. Τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο. (6) Ἐβούλετο γὰρ τῷ μεγέθει καὶ τῷ πάχει ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλάς, ἀνθρώπων τε ἐνόμιζεν ὀλίγων καὶ τῶν ἀχρειοτάτων ἀρκέσειν τὴν φυλακήν, τοὺς δ' ἄλλους ἐς τὰς ναῦς ἐσβήσεσθαι. (7) Ταῖς γὰρ ναυσὶ μάλιστα προσέκειτο, ἰδών, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς βασιλέως στρατιᾶς τὴν κατὰ θάλασσαν ἔφοδον εὐπορωτέραν τῆς κατὰ γῆν οὖσαν· τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως, καὶ πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθίστασθαι. (8) Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως

set; sed si Lacedæmonii, sociive legationem aliqua de re ad se mittere velint, posthac venirent ut ad homines, qui bene dignoscerent, quid suorum, quid etiam communium commodorum ratio postularet. (5) Quum enim visum esset, satius esse, urbem relinquere, et naves conscendere, re sine illorum consilio intellecta, hæc se ausos dixerunt, et quibuscunque de rebus tum cum illis consultarent, se consilio nullo inferiores visos esse. (6) Sibi igitur nunc etiam videri, melius esse suam urbem mœnibus esse cinctam, idque quum privatim singulis civibus, tum etiam publice universis sociis utilius fore; (7) fieri enim non posse, ut qui non idem præsidium habeant, similia aut paria in commune consulant. Dicebat igitur aut omnes civitates fœderatas oportere sine muris esse, aut existimare, hæc quoque se recte habere.

XCII. Lacedæmonii vero, his auditis, nullam quidem apertam indignationem contra Athenienses demonstrabant (non enim ut eos prohiberent, sed ut consilio monerent scilicet, ad eorum rempublicam legatos miserant; simul etiam quia ipsos id temporis amore maximo adhuc prosequebantur, propter singulare illorum adversus Medos studium), verumtamen voto frustrati, rem iniquo animo clam ferebant. Ita autem utrorumque legati citra querelam domum redierunt.

XCIII. Hoc igitur modo Athenienses exiguo temporis spatio urbem muris cinxerunt. (2) Et ex ipsa murorum structura nunc etiam manifestum est, eos festinanter ædificatos esse; fundamenta enim substrata sunt ex omne genus lapidibus constructa, neque coagmentatis alicubi, sed ut quisque forte eos afferebat; multæ etiam columnæ ex monumentis detractæ, et saxa polita sunt congesta. Ambitus enim murorum ab omni urbis parte major productus est, et propterea omnia pariter moventes festinabant. (3) Persuasit autem Themistocles, ut etiam Piræei partes reliquas ædificarent (ejus enim pars ædificari prius est cœpta, quo tempore ipse annuum magistratum gerens Athenis præfuit); quia existimabat tum locum illum esse opportunum, qui tres portus natura munitos haberet; tum etiam ipsos, quando rebus nauticis operam dare cœpissent, magnopere proficere in acquirenda potentia. (4) Primus enim ausus est dicere, eos debere maris imperium sibi vindicare, et confestim eos in hoc imperio parando juvare cœpit. (5) Illius etiam sententiam secuti murum ea latitudine exstruxerunt, quæ nunc quoque circa Piræeum exstans apparet; nam duo plaustra per murum occursu adverso saxa portabant; intus vero neque cæmentum neque lutum erat, sed magna coagmentata saxa et paribus sectionum angulis inter se aptata, extrinsecus ferro plumboque inter se vincta. Altitudo vero ad dimidiam partem ejus, quam animo statuerat, est perducta. (6) Volebat enim et altitudine et latitudine hostium impetus avertere, hominumque putabat paucorum et infirmissimorum præsidio locum facile custodiri posse, ceteros vero naves conscensuros. (7) Nam in rem nauticam potissimum incumbebat, quia, ut mea fert opinio, regis Persarum copias mari facilius, quam terra, invadere posse animadverterat; et Piræeum plus utilitatis, quam superiorem urbem habere putabat, atque adeo sæpe hortabatur Athenienses, si forte unquam terra premerentur, ut in eum descenderent, et classe omnibus resisterent. (8) Athenien-

ἐτειχίσθησαν καὶ τἆλλα κατεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.

XCIV. Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακεδαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου· ξυνέπλεον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναυσὶ καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλῆθος. (2) Καὶ ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον καὶ αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο, καὶ ὕστερον ἐς Βυζάντιον Μήδων ἐχόντων, καὶ ἐξεπολιόρκησαν ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.

XCV. Ἤδη δὲ βιαίου ὄντος αὐτοῦ οἵ τε ἄλλοι Ἕλληνες ἤχθοντο καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Ἴωνες καὶ ὅσοι ἀπὸ βασιλέως νεωστὶ ἠλευθέρωντο· φοιτῶντές τε πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἠξίουν αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενὲς καὶ Παυσανίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν ἤν που βιάζηται. (2) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐδέξαντό τε τοὺς λόγους καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοψόμενοι τἆλλά τε καταστησόμενοι ᾗ φαίνοιτο ἄριστα αὐτοῖς. (3) Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετεπέμποντο Παυσανίαν ἀνακρινοῦντες ὧν πέρι ἐπυνθάνοντο· καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀφικνουμένων, καὶ τυραννίδος μᾶλλον ἐφαίνετο μίμησις ἢ στρατηγία. (4) Ξυνέβη τε αὐτῷ καλεῖσθαί τε ἅμα καὶ τοὺς ξυμμάχους τῷ ἐκείνου ἔχθει παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι πλὴν τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατιωτῶν. (5) Ἐλθὼν δὲ ἐς Λακεδαίμονα τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινα ἀδικημάτων εὐθύνθη, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν· κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα μηδισμὸς καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. (6) Καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐκέτι ἐκπέμπουσιν ἄρχοντα, Δόρκιν δὲ καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ στρατιὰν ἔχοντας οὐ πολλήν· οἷς οὐκέτι ἐφίεσαν οἱ ξύμμαχοι τὴν ἡγεμονίαν. (7) Οἱ δὲ αἰσθόμενοι ἀπῆλθον, καὶ ἄλλους οὐκέτι ὕστερον ἐξέπεμψαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, φοβούμενοι μὴ σφίσιν οἱ ἐξιόντες χείρους γίγνωνται, ὅπερ καὶ ἐν τῷ Παυσανίᾳ ἐνεῖδον, ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, καὶ τοὺς Ἀθηναίους νομίζοντες ἱκανοὺς ἐξηγεῖσθαι καὶ σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ἐπιτηδείους.

XCVI. Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἑκόντων τῶν ξυμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον καὶ ἃς ναῦς· πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. (2) Καὶ ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχή, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον· οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. Ἦν δ' ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα. Ταμιεῖόν τε Δῆλος ἦν αὐτοῖς, καὶ αἱ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο.

XCVII. Ἡγούμενοι δὲ αὐτονόμων τὸ πρῶτον τῶν ξυμμάχων καὶ ἀπὸ κοινῶν ξυνόδων βουλευόντων τοσάδε ἐπῆλθον πολέμῳ τε καὶ διαχειρίσει πραγμάτων μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδικοῦ, ἃ ἐγένετο πρός τε τὸν βάρβαρον αὐτοῖς καὶ πρὸς τοὺς σφετέρους ξυμμάχους νεωτερίζοντας καὶ Πελοποννησίων τοὺς ἀεὶ

ses igitur hoc modo urbem muris cinxerunt, et cetera extruebant statim post Medorum discessum.

XCIV. Pausanias vero, Cleombroti filius, a Lacedæmone Græcorum dux, cum viginti navibus Peloponnesiacis est emissus; eumque Athenienses quoque cum triginta navibus comitabantur magnusque ceterorum sociorum numerus. (2) Et cum infesto exercitu in Cyprum insulam iverunt, ejusque maximam partem subegerunt, et deinde Byzantium a Medis occupatum petierunt, et hujus auspiciis ductuque expugnarunt.

XCV. Quum autem hic insolentius jam imperaret, quum alii Græci rem iniquo animo ferebant, tum vero præcipue Iones, et quotquot regio dominatu recens erant liberati. Quamobrem ad Athenienses commeantes volebant, ut hi duces sibi existerent pro necessitudine, quæ iis cum ipsis intercedebat, neve Pausaniæ concederent, si quam vim inferre vellet. (2) Atheniensibus vero hæc verba accepta fuerunt atque animis in istam curam incumbebant, ut eos non neglecturi, et cetera constituturi, quemadmodum sibi e re maxime futurum videretur. (3) Interea vero Lacedæmonii Pausaniam accersebant, quæstionem habituri de rebus, quas audiebant. Etenim multa ejus injusta facinora deferebantur a Græcis, qui Lacedæmona veniebant; et videbatur ea magis tyrannidis quædam imitatio quam prætura. (4) Forte autem accidit, ut eodem temporis articulo et ille arcesseretur domum, et socii ejus odio ad Athenienses transirent, præter milites ex Peloponneso profectos. (5) Lacedæmona autem profectus, privatarum quidem in aliquos injuriarum damnatus est; maximarum vero est absolutus, et innocens habitus. Præcipue vero accusabatur, quod cum Medis sensisset et videbatur hoc esse manifestissimum. (6) Atque illum quidem non amplius prætorem emiserunt, sed Dorcin, et cum eo nonnullos alios, non magnum exercitum habentes; quibus socii imperium non amplius permittebant. (7) Illi vero hac re cognita dicesserunt, nec ullos alios Lacedæmonii postea emiserunt, veriti, ne illi, qui peregre proficiscerentur, deteriores sibi fierent, id quod in Pausania animadverterant; simul etiam cupientes bello Medico liberari et rati Athenienses satis idoneos duces esse, et in illis rebus sibi non adversos.

XCVI. Athenienses igitur, cum imperium hoc modo accepissent, sociis volentibus, propter Pausaniæ odium, statuerunt, a quibus urbibus pecunias, et a quibus naves adversus barbarum præberi oporteret; hoc enim prætexebant, ut injurias acceptas ulciscerentur Regis agrum vastantes. (2) Et tunc primum apud Athenienses constitutus est magistratus Quæstorum Græciæ, qui tributum recipiebant; sic enim appellata est pecuniarum contributio. Primum autem tributum, quod constitutum est, erat quadringentorum et sexaginta talentorum. Eorum vero ærarium fuit Delos, et in ejus templo conventus fiebant.

XCVII. Quum autem initio sociis imperarent liberis, et de communi consilio in publicis conciliis consultantibus, ad tantum imperium pervenerunt bello, rerumque inter hoc et Medicum bellum administratarum opera, quas ipsi gesserunt et contra barbarum et contra suos socios, qui res novas moliebantur, et contra Peloponnesios, qui in quaque

προστυγχάνοντας ἐν ἑκάστῳ. (2) Ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά· τούτων δ' ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη. Ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων, ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη.

XCVIII. Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι Μήδων ἐχόντων πολιορκίᾳ εἷλον καὶ ἠνδραπόδισαν, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. (2) Ἔπειτα Σκῦρον τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν καὶ ᾤκισαν αὐτοί. (3) Πρὸς δὲ Καρυστίους αὐτοῖς ἄνευ τῶν ἄλλων Εὐβοέων πόλεμος ἐγένετο, καὶ χρόνῳ ξυνέβησαν καθ' ὁμολογίαν. (4) Ναξίοις δὲ ἀποστᾶσι μετὰ ταῦτα ἐπολέμησαν καὶ πολιορκίᾳ παρεστήσαντο, πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστη ξυνέβη.

XCIX. Αἰτίαι δ' ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων καὶ μέγισται αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι, καὶ λειποστράτιον εἴ τῳ ἐγένετο· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἔπρασσον καὶ λυπηροὶ ἦσαν οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν προσάγοντες τὰς ἀνάγκας. (2) Ἦσαν δέ πως καὶ ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι ὁμοίως ἐν ἡδονῇ ἄρχοντες, καὶ οὔτε ξυνεστράτευον ἀπὸ τοῦ ἴσου ῥᾴδιόν τε προσάγεσθαι ἦν αὐτοῖς τοὺς ἀφισταμένους. (3) Ὧν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο οἱ ξύμμαχοι· διὰ γὰρ τὴν ἀπόκνησιν ταύτην τῶν στρατειῶν οἱ πλείους αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπ' οἴκου ὦσιν, χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν, καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν, αὐτοὶ δὲ ὁπότε ἀποσταῖεν, ἀπαράσκευοι καὶ ἄπειροι ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο.

C. Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους, καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος, καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς τὰς διακοσίας. (2) Χρόνῳ τε ὕστερον ξυνέβη Θασίους αὐτῶν ἀποστῆναι, διενεχθέντας περὶ τῶν ἐν τῇ ἀντιπέρας Θρᾴκῃ ἐμπορίων καὶ τοῦ μετάλλου ἃ ἐνέμοντο. Καὶ ναυσὶ μὲν ἐπὶ Θάσον πλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι ναυμαχίᾳ ἐκράτησαν καὶ ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν, (3) ἐπὶ δὲ Στρυμόνα πέμψαντες μυρίους οἰκήτορας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὡς οἰκιοῦντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν αὐτοὶ ἐκράτησαν, ἃς εἶχον Ἠδωνοί, προελθόντες δὲ τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγειαν διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον αἱ Ἐννέα ὁδοὶ κτιζόμενον.

CI. Θάσιοι δὲ νικηθέντες μάχαις καὶ πολιορκούμενοι Λακεδαιμονίους ἐπεκαλοῦντο καὶ ἐπαμῦναι ἐκέλευον

re forte intererant. (2) Res autem istas scripsi et degressionem ab instituta narratione feci hac de causa, quia hic locus ab omnibus, qui ante me scripserunt, est prætermissus; nam illi vel res ante bellum Medicum a Græcis gestas, vel ipsum bellum Medicum conscribebant. In hoc autem numero est et Hellanicus, qui in Attica historia has res attigit, sed breviter, temporibusque non accurate distinctis mentionem earum fecit. Simul etiam aperte hic demonstratur, quali modo Atheniensium imperium fuerit constitutum.

XCVIII. Primum igitur Eionem, quæ ad Strymonem est sita, quam Medi tenebant, obsidione expugnarunt, et incolas, urbe direpta, in servitutem abduxerunt, duce Cimone Miltiadis filio. (2) Deinde vero Syrum, insulam in Ægæo sitam, quam Dolopes incolebant, incolis in servitutem abstractis, ipsi colonis occupaverunt. (3) Cum Carystiis autem sine aliis Euboensibus, bellum gesserunt, tandemque certis conditionibus compositionem fecerunt. (4) Postea vero Naxiis, qui defecerant, bellum intulerunt, et obsidione in deditionem receperunt; atque hæc prima sociarum civitatum præter juris consuetudinem in servitutem est redacta mox et aliæ, prout cuique contigit.

XCIX. Defectionum vero causæ quum aliæ erant, tum vero præcipuæ, tributorum et navium reliquationes, et militiæ recusatio, si cui contigisset. Nam Athenienses hæc severe exigebant, et molesti erant, quum hominibus, nec assuetis nec volentibus ærumnas perpeti, necessitatem imponerent. (2) Erant autem etiam alioquin Athenienses non amplius pariter jucundi, postquam imperium tenebant, et neque ex æquo cum sociis militabant, et facile iis erat, eos, qui deficerent, in officium redigere. (3) Quarum acerbitatum ipsi socii fuerunt auctores. Nam ob hanc militandi pigritiam eorum plerique, ne domo abessent, pecunias navium loco ad sumptus faciendos pro rata portione conferre statuerunt. Atque Atheniensium quidem res navalis augebatur hoc sumptu, quem illi faciebant; ipsi vero, quoties defectionem facerent, imparati et imperiti bellum suscipiebant.

C. Post hæc autem Athenienses eorumque socii cum pedestre tum navale prœlium in Pamphylia ad flumen Eurymedontem cum Medis commiserunt; et eodem die Athenienses ex utroque victoriam, duce Cimone, Miltiadis filio, reportarunt, et Phœnicum triremes ceperunt et corruperunt in universum ad ducentas. (2) Postea vero accidit, ut Thasii ab iis deficerent, orta controversia de emporiis in adversa Thracia, et de metallis, quæ possidebant. Athenienses autem cum navibus in Thasum profecti, navali pugna vicerunt, et in terram descenderunt; (3) quumque sub idem tempus ad Strymonem decem millia colonorum, tum suorum, tum socialium misissent, ut sibi vindicarent oppidum, quod tunc quidem Novemviæ vocabatur, nunc vero Amphipolis, Novemviis quidem, quas Edoni tenebant, ipsi potiti sunt; sed in mediterranea Thraciæ loca progressi, ad Drabescum Edonicam profligati sunt ab universis Thracibus, quibus infestus erat locus ille, qui condebatur, Novemviæ appellatus.

CI. Thasii vero victi prœliis et obsessi Lacedæmoniorum auxilium implorabant, eosque hortabantur, ut, irruptione

ἐσβαλόντας ἐς τὴν Ἀττικήν. (2) Οἱ δὲ ὑπέσχοντο μὲν κρύφα τῶν Ἀθηναίων καὶ ἔμελλον, διεκωλύθησαν δὲ ὑπὸ τοῦ γενομένου σεισμοῦ, ἐν ᾧ καὶ οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθεεῖς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. Πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων τότε δουλωθέντων ἀπόγονοι· ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες. (3) Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐν Ἰθώμῃ πόλεμος καθειστήκει Λακεδαιμονίοις, Θάσιοι δὲ τρίτῳ ἔτει πολιορκούμενοι ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις τεῖχός τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες, χρήματά τε ὅσα ἔδει ἀποδοῦναι αὐτίκα ταξάμενοι καὶ τὸ λοιπὸν φέρειν, τήν τε ἤπειρον καὶ τὸ μέταλλον ἀφέντες.

CII. Λακεδαιμόνιοι δέ, ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους καὶ Ἀθηναίους· οἱ δ' ἦλθον Κίμωνος στρατηγοῦντος πλήθει οὐκ ὀλίγῳ. (2) Μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπεκαλέσαντο ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι, τοῖς δὲ πολιορκίας μακρᾶς καθεστηκυίας τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο· βίᾳ γὰρ ἂν εἷλον τὸ χωρίον. (3) Καὶ διαφορὰ ἐκ ταύτης τῆς στρατείας πρῶτον Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις φανερὰ ἐγένετο. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὸ χωρίον βίᾳ οὐχ ἡλίσκετο, δείσαντες τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρὸν καὶ τὴν νεωτεροποιίαν, καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι, μή τι, ἢν παραμείνωσιν, ὑπὸ τῶν ἐν Ἰθώμῃ πεισθέντες νεωτερίσωσι, μόνους τῶν ξυμμάχων ἀπέπεμψαν, τὴν μὲν ὑποψίαν οὐ δηλοῦντες, εἰπόντες δ' ὅτι οὐδὲν προσδέονται αὐτῶν ἔτι. (4) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἔγνωσαν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι, ἀλλά τινος ὑπόπτου γενομένου· καὶ δεινὸν ποιησάμενοι καὶ οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν, εὐθὺς ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν, ἀφέντες τὴν γενομένην ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίαν πρὸς αὐτοὺς Ἀργείοις τοῖς ἐκείνων πολεμίοις ξύμμαχοι ἐγένοντο, καὶ πρὸς Θεσσαλοὺς ἅμα ἀμφοτέροις οἱ αὐτοὶ ὅρκοι καὶ ξυμμαχία κατέστη.

CIII. Οἱ δ' ἐν Ἰθώμῃ δεκάτῳ ἔτει, ὡς οὐκέτι ἐδύναντο ἀντέχειν, ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ᾧ τε ἐξίασιν ἐκ Πελοποννήσου ὑπόσπονδοι καὶ μηδέποτε ἐπιβήσονται αὐτῆς· (2) ἢν δέ τις ἁλίσκηται, τοῦ λαβόντος εἶναι δοῦλον. Ἦν δέ τι καὶ χρηστήριον τοῖς Λακεδαιμονίοις Πυθικὸν πρὸ τοῦ, τὸν ἱκέτην τοῦ Διὸς τοῦ Ἰθωμήτα ἀφιέναι. (3) Ἐξῆλθον δὲ αὐτοὶ καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες, καὶ αὐτοὺς Ἀθηναῖοι δεξάμενοι κατ' ἔχθος ἤδη τὸ Λακεδαιμονίων ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ᾑρηκότες νεωστὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων. (4) Προσεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαρῆς Ἀθηναίοις ἐς ξυμμαχίαν Λακεδαιμονίων ἀποστάντες, ὅτι αὐτοὺς Κορίνθιοι περὶ γῆς ὅρων πολέμῳ κατεῖχον· καὶ ἔσχον Ἀθηναῖοι Μέγαρα καὶ Πηγάς, καὶ τὰ μακρὰ τείχη ᾠκοδόμησαν Μεγαρεῦσι τὰ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς Νίσαιαν, καὶ ἐφρούρουν αὐτοί. Καὶ Κορινθίοις μὲν οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τοῦδε τὸ σφοδρὸν μῖσος ἤρξατο πρῶτον ἐς Ἀθηναίους γενέσθαι.

in Atticam facta, opem sibi ferrent. (2) Illi vero se hoc facturos clam Atheniensibus promiserunt, ac facturi erant, sed terræ motu impediti sunt, in quo et Helotes et ex municipibus Thuriatæ et Ætheenses Ithomen secesserunt. Fuerunt autem ex Helotibus plurimi ab antiquis illis Messeniis, tunc in servitutem redactis, oriundi, quamobrem etiam omnes vocati sunt Messenii. (3) Adversus illos igitur, qui erant Ithomæ, bellum susceperant Lacedæmonii. Thasii vero tertio obsidionis anno Atheniensibus sese dediderunt his conditionibus, ut mœnia demolirentur, naves traderent, et imperatam pecuniam persolverent, tam eam, quam in præsentia eos numerare, quam eam, quam in posterum pendere oportebat, utque ipsis et continente et metallis cederent.

CII. Lacedæmonii vero, ut bellum adversus eos, qui Ithomæ erant, producebatur, cum alios socios tum etiam Athenienses auxilio vocaverunt. Illi vero, Cimone duce, cum non exiguis copiis venerunt; (2) potissimum autem illos evocarant, quod ad murorum oppugnationem idonei esse videbantur. Quum autem ipsis longa existeret obsidio, parum satisfaciebat iis ars illa; vi enim locum expugnassent. (3) Et ob hanc expeditionem dissensio tunc primum inter Lacedæmonios et Athenienses apparuit manifesta. Lacedæmonii enim, quum oppidum per vim non caperetur, metuentes Atheniensium audaciam, et ingenium ad res novandas promptum, simul etiam illos alienigenas esse rati, ne quid novi, si diutius mansissent, ab iis, qui Ithomæ erant, impulsi molirentur, solos eos ex sociis dimiserunt, suspicionem quidem nullam aperientes, sed se illorum auxiliis non amplius indigere dicentes. (4) Athenienses vero intellexerunt, se non bona de causa, sed aliqua suspicione orta dimitti. Quare rem atrocem et minime ferendam judicantes, statim simul ac domum redierunt, relicta societate, quam cum illis contra Medum contraxerant, novam cum Argivis illorum hostibus inierunt; simul etiam utrique, adhibito jurejurando, iisdem conditionibus societatem cum Thessalis fecerunt.

CIII. Illi vero, qui Ithomæ erant, decimo anno, quum diutius resistere non possent, compositionem cum Lacedæmoniis fecerunt, his conditionibus, ut fide publica tuti ex Peloponneso excederent, nec unquam amplius in eam reverterentur; si quis autem deprehenderetur, ejus, qui eum prehendisset, servus esset. (2) Erat etiam oraculum quoddam Pythium Lacedæmoniis ante redditum, ut Jovis Ithometæ supplicem dimitterent. (3) Exierunt autem ipsi et liberi et uxores; et Athenienses ipsos excipientes propter odium, quo jam Lacedæmonios persequebantur, Naupacti collocarunt, quam a Locris Ozolis occupatam nuper ceperant. (4) At Megarenses etiam, a Lacedæmoniis defectione facta, quod eos Corinthii propter agri fines bello premerent, Atheniensium partibus sese adjunxerunt; et Athenienses tenuerunt Megara, et Pegas; et longos muros Megarensibus ab urbe ad Nisæam usque ædificarunt, eosque ipsi tuebantur. Atque hinc præcipue natum est vehemens illud Corinthiorum odium in Athenienses.

CIV. Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ, ὁρμώμενος ἐκ Μαρείας τῆς ὑπὲρ Φάρου πόλεως ἀπέστησεν Αἰγύπτου τὰ πλέω ἀπὸ βασιλέως Ἀρτοξέρξου, καὶ αὐτὸς ἄρχων γενόμενος Ἀθηναίους ἐπηγάγετο. (2) Οἱ δὲ (ἔτυχον γὰρ ἐς Κύπρον στρατευόμενοι ναυσὶ διακοσίαις αὑτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων) ἦλθον ἀπολιπόντες τὴν Κύπρον, καὶ ἀναπλεύσαντες ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸν Νεῖλον, τοῦ τε ποταμοῦ κρατοῦντες καὶ τῆς Μέμφιδος τῶν δύο μερῶν, πρὸς τὸ τρίτον μέρος ὃ καλεῖται Λευκὸν τεῖχος ἐπολέμουν· ἐνῆσαν δὲ αὐτόθι Περσῶν καὶ Μήδων οἱ καταφυγόντες καὶ Αἰγυπτίων οἱ μὴ ξυναποστάντες.

CV. Ἀθηναίοις δὲ ναυσὶν ἀποβᾶσιν ἐς Ἁλιὰς πρὸς Κορινθίους καὶ Ἐπιδαυρίους μάχη ἐγένετο, καὶ ἐνίκων Κορίνθιοι. Καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι ἐναυμάχησαν ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσὶν, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. (2) Πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν καὶ ἐπολιόρκουν, Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος. (3) Ἔπειτα Πελοποννήσιοι ἀμύνειν βουλόμενοι Αἰγινήταις ἐς μὲν τὴν Αἴγιναν τριακοσίους ὁπλίτας πρότερον Κορινθίων καὶ Ἐπιδαυρίων ἐπικούρους διεβίβασαν, τὰ δὲ ἄκρα τῆς Γερανίας κατέλαβον. (4) Καὶ ἐς τὴν Μεγαρίδα κατέβησαν Κορίνθιοι μετὰ τῶν ξυμμάχων, νομίζοντες ἀδυνάτους ἔσεσθαι Ἀθηναίους βοηθεῖν τοῖς Μεγαρεῦσιν ἔν τε Αἰγίνῃ ἀπούσης στρατιᾶς πολλῆς καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· ἢν δὲ καὶ βοηθῶσιν, ἀπ' Αἰγίνης ἀναστήσεσθαι αὐτούς. (5) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ μὲν πρὸς Αἰγίνῃ στράτευμα οὐκ ἐκίνησαν, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ὑπολοίπων οἵ τε πρεσβύτατοι καὶ οἱ νεώτατοι ἀφικνοῦνται ἐς τὰ Μέγαρα Μυρωνίδου στρατηγοῦντος. (6) Καὶ μάχης γενομένης ἰσοῤῥόπου πρὸς Κορινθίους διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ. (7) Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι (ἐκράτησαν γὰρ ὅμως μᾶλλον) ἀπελθόντων τῶν Κορινθίων τροπαῖον ἔστησαν· οἱ δὲ Κορίνθιοι κακιζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πόλει πρεσβυτέρων, καὶ παρασκευασάμενοι ἡμέρας ὕστερον δώδεκα μάλιστα, ἐλθόντες ἀνθίστασαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ ὡς νικήσαντες. Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοηθήσαντες ἐκ τῶν Μεγάρων τούς τε τὸ τροπαῖον ἱστάντας διαφθείρουσι καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμβαλόντες ἐκράτησαν.

CVI. Οἱ δὲ νικώμενοι ὑπεχώρουν, καί τι αὐτῶν μέρος οὐκ ὀλίγον προσβιασθὲν καὶ διαμαρτὸν τῆς ὁδοῦ ἐσέπεσεν ἔς του χωρίον ἰδιώτου, ᾧ ἔτυχεν ὄρυγμα μέγα περιεῖργον καὶ οὐκ ἦν ἔξοδος. (2) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι γνόντες κατὰ πρόσωπόν τε εἶργον τοῖς ὁπλίταις καὶ περιστήσαντες κύκλῳ τοὺς ψιλοὺς κατέλευσαν πάντας τοὺς ἐσελθόντας, καὶ πάθος μέγα τοῦτο Κορινθίοις ἐγένετο. Τὸ δὲ πλῆθος ἀπεχώρησεν αὐτοῖς τῆς στρατιᾶς ἐπ' οἴκου.

CIV. Inaros autem Psammetichi filius, Afer, rex Afrorum Ægypto finitimorum, ex urbe Marea, quæ supra Pharum est sita, profectus, majorem Ægypti partem ad defectionem a rege Artaxerxe faciendam impulit, et ipse dux creatus Athenienses accivit. (2) Illi vero (tunc enim forte cum ducentis navibus et suis et sociorum bellum Cypro intulerant) Cypro relicta venerunt, et ex mari Nilum ingressi, et flumine ipso et duabus Memphidis partibus potiti, ad tertiam partem, quæ Murus albus appellatur, bellum gerebant. Ibi autem inerant Persæ et Medi, qui eo confugerant, et quotquot ex Ægyptiis non defecerant.

CV. Athenienses vero navibus ad Halias egressi, prœlium cum Corinthiis et Epidauriis commiserunt, et Corinthii superiores erant. Posteaque Athenienses navali pugna ad Cecryphaleam cum Peloponnesiorum classe conflixerunt, et superiores erant Athenienses. (2) Postea autem, bello adversus Æginetas ab Atheniensibus moto, magnum navale prœlium ad Æginam inter Æginetas et Athenienses commissum est, et in eo socii utrisque aderant. Athenienses vero vincebant, captisque illorum septuaginta navibus, in terram descenderunt, et duce Leocrate Strœbi filio urbem obsidere cœperunt. (3) Deinde Peloponnesii, quum opem Æginetis ferre vellent, trecentos gravis armaturæ milites, qui Corinthiis et Epidauriis auxilium ante tulerant, in Æginam transmiserunt, et Geraneæ summa juga occuparunt. (4) Corinthii vero cum sociis in agrum Megarensem descenderunt, rati Athenienses propter absentiam magnarum copiarum, quæ partim in Ægina, partim in Ægypto erant, Megarensibus opem ferre non posse; et, etiam si opem illis ferrent, ex Ægina eos discessuros. (5) At Athenienses copias quidem, quæ ad Æginam erant, loco non moverunt, sed ex iis, qui domi relicti erant, tam seniores, quam juniores, duce Myronide, Megara se contulerunt. (6) Et, pugna æquo Marte cum Corinthiis commissa, alteri ab alteris dirempti sunt, et utrique non deteriore conditione rem in prœlio a se gestam existimarunt. (7) Et Athenienses quidem (nam fuerant tamen potius superiores) post Corinthiorum discessum tropæum statuerunt. Corinthii vero increpiti a senioribus, qui in urbe erant, copiis instructis duodecim ferme diebus post venerunt, et tropæum contra et ipsi tanquam victores statuebant. Sed Athenienses Megaris egressi et illos, qui tropæum erigebant, interficiunt, et ceteros aggressi vicerunt.

CVI. Illi vero inferiores recedebant; quædam eorum autem non exigua pars, quæ ab hoste insequente premebatur, et a via aberraverat, incidit in cujusdam hominis privati prædium, quod magna fossa undique cingebatur nec erat exitus ullus. (2) Athenienses vero, re cognita, oppositis a fronte gravis armaturæ militibus, exitu prohibebant, et, levis armaturæ militibus circa collocatis, eos omnes, qui ingressi erant, lapidibus obruerunt; atque clades hæc magna Corinthiis accidit. Reliqua vero illorum exercitus turba domum rediit.

CVII. Ἤρξαντο δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη ἐς θάλασσαν Ἀθηναῖοι οἰκοδομεῖν, τό τε Φαληρόνδε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. (2) Καὶ Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριᾶς τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν καὶ Κυτίνιον καὶ Ἐρινεὸν, καὶ ἑλόντων ἓν τῶν πολισμάτων τούτων, οἱ Λακεδαιμόνιοι Νικομήδους τοῦ Κλεομβρότου ὑπὲρ Πειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου βασιλέως νέου ὄντος ἔτι ἡγουμένου ἐβοήθησαν τοῖς Δωριεῦσιν ἑαυτῶν τε πεντακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις καὶ τῶν ξυμμάχων μυρίοις, καὶ τοὺς Φωκέας ὁμολογίᾳ ἀναγκάσαντες ἀποδοῦναι τὴν πόλιν ἀπεχώρουν πάλιν. (3) Καὶ κατὰ θάλασσαν μὲν αὐτούς, διὰ τοῦ Κρισαίου κόλπου εἰ βούλοιντο περαιοῦσθαι, Ἀθηναῖοι ναυσὶ περιπλεύσαντες ἔμελλον κωλύσειν· διὰ δὲ τῆς Γερανίας οὐκ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο αὐτοῖς Ἀθηναίων ἐχόντων Μέγαρα καὶ Πηγὰς πορεύεσθαι. Δύσοδός τε γὰρ ἡ Γερανία καὶ ἐφρουρεῖτο ἀεὶ ὑπὸ Ἀθηναίων· καὶ τότε ᾐσθάνοντο αὐτοὺς μέλλοντας καὶ ταύτῃ κωλύσειν. (4) Ἔδοξε δ' αὐτοῖς ἐν Βοιωτοῖς περιμείνασι σκέψασθαι ὅτῳ τρόπῳ ἀσφαλέστατα διαπορεύσονται. Τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς κρύφα, ἐλπίσαντες δῆμόν τε καταπαύσειν καὶ τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομούμενα. (5) Ἐβοήθησαν δ' ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι πανδημεὶ καὶ Ἀργείων χίλιοι καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων ὡς ἕκαστοι· ξύμπαντες δὲ ἐγένοντο τετρακισχίλιοι καὶ μύριοι. (6) Νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν ὅπῃ διέλθωσιν ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς, καί τι καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψίᾳ. (7) Ἦλθον δὲ καὶ Θεσσαλῶν ἱππῆς τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ τὸ ξυμμαχικόν, οἳ μετέστησαν ἐν τῷ ἔργῳ παρὰ τοὺς Λακεδαιμονίους.

CVIII. Γενομένης δὲ μάχης ἐν Τανάγρᾳ τῆς Βοιωτίας ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ φόνος ἐγένετο ἀμφοτέρων πολύς. (2) Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἐς τὴν Μεγαρίδα ἐλθόντες καὶ δενδροτομήσαντες πάλιν ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου διὰ Γερανίας καὶ Ἰσθμοῦ· Ἀθηναῖοι δὲ δευτέρᾳ καὶ ἑξηκοστῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἐστράτευσαν ἐς Βοιωτοὺς Μυρωνίδου στρατηγοῦντος, (3) καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες τῆς τε χώρας ἐκράτησαν τῆς Βοιωτίας καὶ Φωκίδος, καὶ Ταναγραίων τὸ τεῖχος περιεῖλον, καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀπουντίων ἑκατὸν ἄνδρας ὁμήρους τοὺς πλουσιωτάτους ἔλαβον, τά τε τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἐπετέλεσαν. (4) Ὡμολόγησαν δὲ καὶ Αἰγινῆται μετὰ ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις, τείχη τε περιελόντες καὶ ναῦς παραδόντες φόρον τε ταξάμενοι ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον. (5) Καὶ Πελοπόννησον περιέπλευσαν Ἀθηναῖοι Τολμίδου τοῦ Τολμαίου στρατηγοῦντος, καὶ τὸ νεώριον τὸ Λακεδαιμονίων ἐνέπρησαν, καὶ Χαλκίδα Κορινθίων πόλιν εἷλον, καὶ Σικυωνίους ἐν ἀποβάσει τῆς γῆς μάχῃ ἐκράτησαν.

CIX. Οἱ δ' ἐν τῇ Αἰγύπτῳ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐπέμενον, καὶ αὐτοῖς πολλαὶ ἰδέαι πολέμων κατέστησαν. (2) Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτουν τῆς Αἰγύπτου Ἀθηναῖοι, καὶ βασιλεὺς πέμπει ἐς Λακεδαίμονα Μεγάβαζον ἄνδρα Πέρσην χρήματα ἔχοντα, ὅπως ἐς τὴν

CVII. Sub eadem tempora Athenienses longos etiam muros ad mare usque cœperunt ædificare, alterum ad Phalerum usque, alterum ad Piræeum. (2) Quum autem Phocenses expeditionem suscepissent contra Dorienses, Lacedæmoniorum metropolin, Bœum et Cytinium et Erineum, quumque unum ex his oppidis cepissent, Lacedæmonii, duce Nicomede Cleombroti filio, pro Plistoanacte Pausaniæ regis filio, qui adhuc erat junior, Doriensibus opem tulerunt cum mille et quingentis militibus de suis et decem millibus sociorum; cumque Phocenses, deditione certis conditionibus facta, urbem reddere coegissent, domum redibant. (3) Eos autem, si per sinum Crissæum mari transire voluissent, Athenienses navibus circumvecti impedituri erant; per Geraneam vero transire non tutum ipsis esse videbatur, quod Athenienses Megara et Pegas tenerent; nam Geranea et transitu difficilis erat, et Atheniensium præsidio semper custodiebatur; tunc autem præsenserunt, fore ut illi hac quoque parte se prohiberent. (4) Quamobrem visum est ipsis, apud Bœotos subsistere, et dispicere, quanam ratione quam tutissime transire possent. Quinetiam Atheniensium nonnulli clam ipsos sollicitabant, quia democratiam, et longos muros, qui ædificabantur, tolli sperabant. (5) Athenienses vero prodierunt adversus eos publice omnes et Argivorum mille, et ceteri socii pro se quique; universorum autem fuerunt quatuordecim hominum millia. (6) Credentes autem eos nescire, qua transire possent, obviam illis processerunt, et erat etiam suspicio, ne popularem statum everterent. (7) Venerunt etiam Thessalorum equites ad Athenienses ex societatis jure, qui in ipso prœlio ad Lacedæmonios transierunt.

CVIII. Prœlio autem ad Tanagram Bœotiæ commisso, Lacedæmonii eorumque socii superiores erant; et utrinque magna strages est facta. (2) Et Lacedæmonii quidem in agrum Megarensem ingressi arboribus cæsis per Geraneam et Isthmum domum reverterunt. Athenienses vero altero et sexagesimo ab hac pugna die expeditionem in Bœotios, duce Myronide, susceperunt, (3) et apud Œnophyta Bœotis prœlio superatis et agrum Bœotium ac Phocensem in suam potestatem redegerunt, et Tanagræorum muros demoliti sunt, et Locrorum Opuntiorum centum viros opulentissimos obsides ceperunt, suosque longos muros absolverunt. (4) Post hæc Æginetæ quoque se Atheniensibus dediderunt, his conditionibus, ut et muros demolirentur et naves traderent et imperatum tributum in posterum penderent. (5) Peloponnesum etiam Athenienses navibus circumvecti sunt, duce Tolmida Tolmæi filio, et Lacedæmoniorum navalia incenderunt, et Chalcidem Corinthiorum urbem ceperunt, et exscensu e navibus in terram facto Sicyonios prœlio vicerunt.

CIX. Qui vero, in Ægypto erant Athenienses et socii, adhuc ibi manebant, et varia bellorum genera experti sunt. (2) Primo enim Athenienses Ægypto potiebantur, et Persarum rex misit Lacedæmona Megabazum, virum Persam,

Ἀττικὴν ἐσβαλεῖν πεισθέντων τῶν Πελοποννησίων ἀπ' Αἰγύπτου ἀπαγάγοι Ἀθηναίους. (3) Ὡς δ' αὐτῷ οὐ προὐχώρει καὶ τὰ χρήματα ἄλλως ἀναλοῦτο, ὁ μὲν Μεγάβαζος καὶ τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων πάλιν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐκομίσθη, Μεγάβυζον δὲ τὸν Ζωπύρου πέμπει ἄνδρα Πέρσην μετὰ στρατιᾶς πολλῆς· (4) ὃς ἀφικόμενος κατὰ γῆν τούς τε Αἰγυπτίους καὶ τοὺς ξυμμάχους μάχῃ ἐκράτησεν, καὶ ἐκ τῆς Μέμφιδος ἐξήλασε τοὺς Ἕλληνας, καὶ τέλος ἐς Προσωπῖτιδα τὴν νῆσον κατέκλῃσεν, καὶ ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, μέχρι οὗ ξηράνας τὴν διώρυχα καὶ παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ τάς τε ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἤπειρον, καὶ διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ.

CX. Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη, ἓξ ἔτη πολεμήσαντα· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην ἐσώθησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀπώλοντο. (2) Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλέα ἐγένετο πλὴν Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· τοῦτον δὲ διὰ μέγεθός τε τοῦ ἕλους οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, καὶ ἅμα μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἕλειοι. (3) Ἰνάρως δὲ ὁ Λιβύων βασιλεύς, ὃς τὰ πάντα ἔπραξε περὶ τῆς Αἰγύπτου, προδοσίᾳ ληφθεὶς ἀνεσταυρώθη. (4) Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηνῶν καὶ τῆς ἄλλης ξυμμαχίδος πεντήκοντα τριήρεις διάδοχοι πλέουσαι ἐς Αἴγυπτον ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας, οὐκ εἰδότες τῶν γεγενημένων οὐδέν· καὶ αὐτοῖς ἔκ τε γῆς ἐπιπεσόντες πεζοὶ καὶ ἐκ θαλάσσης Φοινίκων ναυτικὸν διέφθειραν τὰς πολλὰς τῶν νεῶν, αἱ δ' ἐλάσσους διέφυγον πάλιν. (5) Τὰ μὲν κατὰ τὴν μεγάλην στρατείαν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐς Αἴγυπτον οὕτως ἐτελεύτησεν.

CXI. Ἐκ δὲ Θεσσαλίας Ὀρέστης ὁ Ἐχεκρατίδου υἱὸς τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως φεύγων ἔπεισεν Ἀθηναίους ἑαυτὸν κατάγειν· καὶ παραλαβόντες Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας ὄντας ξυμμάχους Ἀθηναῖοι ἐστράτευσαν τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον. Καὶ τῆς μὲν γῆς ἐκράτουν ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων (οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Θεσσαλῶν εἷργον), τὴν δὲ πόλιν οὐχ εἷλον, οὐδ' ἄλλο προὐχώρει αὐτοῖς οὐδὲν ὧν ἕνεκα ἐστράτευσαν, ἀλλ' ἀπεχώρησαν πάλιν Ὀρέστην ἔχοντες ἄπρακτοι. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον χίλιοι Ἀθηναίων ἐπὶ τὰς ναῦς τὰς ἐν Πηγαῖς ἐπιβάντες (εἶχον δ' αὐτοὶ τὰς Πηγάς) παρέπλευσαν ἐς Σικυῶνα Περικλέους τοῦ Ξανθίππου στρατηγοῦντος, καὶ ἀποβάντες Σικυωνίων τοὺς προσμίξαντας μάχῃ ἐκράτησαν. (3) Καὶ εὐθὺς παραλαβόντες Ἀχαιοὺς καὶ διαπλεύσαντες πέραν τῆς Ἀκαρνανίας ἐς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν καὶ ἐπολιόρκουν, οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

CXII. Ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πενταετεῖς. (2) Καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατεύοντο ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων Κίμωνος στρατηγοῦντος. (3) Καὶ

cum pecuniis, ut, Peloponnesiis ad irruptionem in agrum Atticum faciendam impulsis, ab Ægypto Athenienses averteret. (3) Sed quum res ipsi non succederet, et pecuniæ frustra consumerentur, Megabazus quidem cum pecuniis, quæ reliquæ erant, in Asiam rediit; Megabyzum vero Zopyri filium, virum Persam, cum ingentibus copiis misit; (4) qui terrestri itinere profectus et Ægyptios et socios prœlio vicit, et Græcos Memphide expulit, tandemque in Prosopitide insula eos inclusit; atque in ea annum integrum et sex menses obsidebat donec, exsiccato fossæ alveo et aqua alio aversa, effecit, ut naves in sicco considerent, et magna insulæ pars continentis instar esset; insulamque cum peditatu eo trajiciens cepit.

CX. Sic igitur perierunt res Græcorum, qui bellum sex annos gesserant, et ex multis pauci per Africam transeuntes Cyrenen salvi pervenerunt; sed plerique perierant. (2) Ægyptus vero in Regis ditionem rediit, præter regem Amyrtæum, qui in paludibus regnabat; hunc enim propter paludis magnitudinem expugnare nequibant, simul etiam, qui paludes incolunt, sunt Ægyptiorum bellicosissimi. (3) Inaros vero Afrorum rex, qui fuerat auctor omnium harum rerum, quæ in Ægypto sunt gestæ, per proditionem captus in crucem est actus. (4) Athenienses vero aliique socii, qui quinquaginta triremibus vecti, suis successuri, in Ægyptum navigabant, rerum gestarum prorsus ignari ad Mendesium Nili cornu appulerunt. Quum autem et a terra pedites impressionem in ipsos fecissent, et a mari Phœnicum classis, plerasque naves illorum profligarunt; pauciores fuga se retro proripientes evaserunt. (5) Magna igitur illa Atheniensium et sociorum expeditio in Ægyptum facta hunc habuit exitum.

CIX. Menedæus, vero postridie defuncto Eurylocho et Macario, ipse imperium suscepit, et ob ingentem cladem acceptam dubitans, quonam modo aut obsidionem perferret, si maneret, terra marique navium Atticarum præsidiis circumseptus, aut etiam recedens evaderet, apud Demosthenem et Acarnanum duces sermonem infert de fœdere et discessu, et de recipiendis simul suis militibus in acie cæsis. (2) Illi vero milites quidem cæsos reddiderunt, ipsique tropæum statuerunt, et suos ferme ad trecentos, qui in prœlio ceciderant, susceperunt; abeundi vero facultatem non palam omnibus facto fœdere dederunt, sed clam Demosthenes cum Acarnanibus prætoribus, suis collegis, fœdus faciunt cum Mantinensibus et Menedæo et reliquis Peloponnesiorum ducibus, et quicunque inter illos dignitate maxime præstabant, ut quamprimum abirent, eo consilio, ut Ampraciotas turbamque militum mercede conductorum nudaret, præcipue vero, ut Lacedæmonios et Peloponnesios apud illius regionis Græcos in invidiam adduceret, quod illos prodidissent, et suo magis commodo prospexissent. (3) Atque hi quidem suorum cadavera receperunt, et pro præsenti rerum copia festinabundi ea sepelierunt, et reditum clam ii, quibus concessus erat, meditabantur.

CX. Demostheni autem et Acarnanibus nuntiatur, Ampraciotas, qui in sua urbe erant, primo illo nuntio, quem ex Olpis acceperant, excitos universis copiis per Amphilochiam ad opem suis ferendam venire, cupientes cum illis, qui in Olpis erant, se conjungere rerum ante gestarum prorsus ignaros. (2) Quamobrem confestim mittit aliquam copiarum partem ad vias insidiis obsidendas, et ad munitissima quæque loca præoccupanda, et simul cum reliquis copiis ad opem suis contra illos ferendam se parabat.

CXI. Interea vero Mantinenses et ceteri, quibus abeundi potestas pactis induciis data erat, per causam olerum et cremiorum colligendorum egressi, se subtrahebant rari, et colligentes inter abeundum ea, quorum causa scilicet exierant. Quum autem ab Olpa jam longe progressi essent, tunc se ocius proripiebant. (2) Ampraciotæ vero et reliqui, qui sic frequentes convenerant, quum suos abire animadvertissent, ipsi quoque magna contentione, cursuque concitato currere cœperunt, quod eos assequi vellent. (3) Acarnanes vero, primum quidem vel omnes pariter nullis induciis factis abire existimarunt, et ideo Peloponnesios persequebantur; quinetiam in quosdam e suis ducibus, insequi vetantes, ac dicentes, illos data fide abire, aliquis tela jaculatus est ratus se cum suis prodi; deinde tamen Mantinenses quidem et Peloponnesios dimittebant, Ampraciotas vero cædebant. (4) Eratque magna contentio, et ignoratio, num quis Ampraciota, an Peloponnesius esset. Atque ad ducentos fere eorum interfecerunt; ceteri vero in Agraidem, quæ finitima erat, diffugerunt, et Salynthius Agræorum Rex, qui eorum amicus esset, eos excepit.

CXII. Ampraciotæ vero, qui ex urbe veniebant, ad Ido-

ται ἐπ' Ἰδομένην. Ἐστὸν δὲ δύο λόφω ἡ Ἰδομένη ὑψηλώ· τούτοιν τὸν μὲν μείζω νυκτὸς ἐπιγενομένης οἱ προαποσταλέντες ὑπὸ τοῦ Δημοσθένους ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἔλαθόν τε καὶ ἔφθασαν προκαταλαβόντες, τὸν δ' ἐλάσσω ἔτυχον οἱ Ἀμπρακιῶται προαναβάντες καὶ ηὐλίσαντο. (2) Ὁ δὲ Δημοσθένης δειπνήσας ἐχώρει καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἀπὸ ἑσπέρας εὐθύς, αὐτὸς μὲν τὸ ἥμισυ ἔχων ἐπὶ τῆς ἐσβολῆς, τὸ δ' ἄλλο διὰ τῶν Ἀμφιλοχικῶν ὀρῶν. (3) Καὶ ἅμα ὄρθρῳ ἐπιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιώταις ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς καὶ οὐ προῃσθημένοις τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον νομίσασι τοὺς ἑαυτῶν εἶναι· (4) καὶ γὰρ τοὺς Μεσσηνίους πρώτους ἐπίτηδες ὁ Δημοσθένης προύταξε καὶ προσαγορεύειν ἐκέλευε, Δωρίδα τε γλῶσσαν ἱέντας καὶ τοῖς προφύλαξι πίστιν παρεχομένους, ἅμα δὲ καὶ οὐ καθορωμένους τῇ ὄψει νυκτὸς ἔτι οὔσης. (5) Ὡς οὖν ἐπέπεσε τῷ στρατεύματι αὐτῶν, τρέπουσι, καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτοῦ διέφθειραν, οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὰ ὄρη ἐς φυγὴν ὥρμησαν. (6) Προκατειλημμένων δὲ τῶν ὁδῶν, καὶ ἅμα τῶν μὲν Ἀμφιλόχων ἐμπείρων ὄντων τῆς ἑαυτῶν γῆς καὶ ψιλῶν πρὸς ὁπλίτας, τῶν δὲ ἀπείρων καὶ ἀνεπιστημόνων ὅπῃ τράπωνται, ἐσπίπτοντες ἔς τε χαράδρας καὶ τὰς προλελοχισμένας ἐνέδρας διεφθείροντο. (7) Καὶ ἐς πᾶσαν ἰδέαν χωρήσαντες τῆς φυγῆς ἐτράποντό τινες καὶ ἐς τὴν θάλασσαν οὐ πολὺ ἀπέχουσαν, καὶ ὡς εἶδον τὰς Ἀττικὰς ναῦς παραπλεούσας ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ, προσένευσαν ἡγησάμενοι ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ κρεῖσσον εἶναι σφίσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσίν, εἰ δεῖ, διαφθαρῆναι ἢ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ ἐχθίστων Ἀμφιλόχων. (8) Οἱ μὲν οὖν Ἀμπρακιῶται τοιούτῳ τρόπῳ κακωθέντες ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν ἐς τὴν πόλιν, Ἀκαρνᾶνες δὲ σκυλεύσαντες τοὺς νεκροὺς καὶ τροπαῖα στήσαντες ἀπεχώρησαν ἐς Ἄργος.

CXIII. Καὶ αὐτοῖς τῇ ὑστεραίᾳ ἦλθε κῆρυξ ἀπὸ τῶν ἐς Ἀγραίους καταφυγόντων ἐκ τῆς Ὄλπης Ἀμπρακιωτῶν ἀναίρεσιν αἰτήσων τῶν νεκρῶν οὓς ἀπέκτειναν ὕστερον τῆς πρώτης μάχης, ὅτε μετὰ τῶν Μαντινέων καὶ τῶν ὑποσπόνδων ξυνεξῄεσαν ἄσπονδοι. (2) Ἰδὼν δ' ὁ κῆρυξ τὰ ὅπλα τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀμπρακιωτῶν ἐθαύμαζε τὸ πλῆθος· οὐ γὰρ ᾔδει τὸ πάθος, ἀλλ' ᾤετο τῶν μετὰ σφῶν εἶναι. (3) Καί τις αὐτὸν ἤρετο ὅ τι θαυμάζοι καὶ ὁπόσοι αὐτῶν τεθνᾶσιν, οἰόμενος αὖ ὁ ἐρωτῶν εἶναι τὸν κήρυκα ἀπὸ τῶν ἐν Ἰδομέναις. Ὁ δ' ἔφη διακοσίους μάλιστα. (4) Ὑπολαβὼν δ' ὁ ἐρωτῶν εἶπεν « οὔκουν τὰ ὅπλα ταυτὶ φαίνεται, ἀλλὰ πλέον ἢ χιλίων. » Αὖθις δὲ εἶπεν ἐκεῖνος « οὐκ ἄρα τῶν μεθ' ἡμῶν μαχομένων ἐστίν. » Ὁ δ' ἀπεκρίνατο « εἴπερ γε ὑμεῖς ἐν Ἰδομένῃ χθὲς ἐμάχεσθε. » « Ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐδενὶ ἐμαχόμεθα χθές, ἀλλὰ πρῴην ἐν τῇ ἀποχωρήσει. » « Καὶ μὲν δὴ τούτοις γε ἡμεῖς χθὲς ἀπὸ τῆς πόλεως βοηθήσασι τῆς Ἀμπρακιωτῶν ἐμαχόμεθα. » (5) Ὁ δὲ κῆρυξ ὡς ἤκουσε καὶ ἔγνω ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς πόλεως βοήθεια διέφθαρται, ἀνοιμώξας καὶ ἐκπλαγεὶς τῷ μεγέθει τῶν παρόντων κακῶν ἀπῆλθεν εὐθὺς ἄπρακτος

menen perveniunt. Sunt vero Idomene duo excelsi tumuli. Horum alterum, qui major est, noctis adventu milites ex castris a Demosthene præmissi, clam et prius hostibus præoccuparunt, alterum vero, qui minor est, Ampraciotæ priores ascenderunt, et in eo pernoctarunt. (2) Demosthenes vero a cœna primoque crepusculo statim cum reliquo exercitu viam ingreditur, dimidium quidem ejus secum retinens ad illam tumuli partem, qua aditus patebat, alterum vero dimidium per Amphilochicos montes iter faciebat. (3) Et sub auroræ ortum invadit Ampraciotas in cubilibus adhuc jacentes, rerumque gestarum penitus ignaros; imo vero potius opinatos, suos adesse; (4) etenim Demosthenes Messenios de industria primos in acie collocarat, et imperaverat, ut Ampraciotas alloquerentur, Dorica lingua utentes, et illis, qui pro castris erant in statione, fidem facientes, simul etiam in conspectum non venientes; adhuc enim nox erat. (5) Quum igitur illorum copias invasisset, eas fugarunt, et magnam illorum partem illic interfecerunt, reliqui vero in fugam versi cursu montes petere cœperunt. (6) Sed quum itinera jam præoccupata essent, simul etiam quum Amphilochi quidem suæ regionis notitiam haberent, et expediti essent adversus homines armis graves, hi vero locorum essent imperiti, nec scirent, quo se verterent, incidentes aut in loca confragosa, aut in vias insidiis jam insessas, profligabantur. (7) Et quum omne fugæ genus tenptassent, nonnulli ad mare etiam non longe distans se converterunt, et quum conspexissent naves Atticas præternavigantes in ipso cladis suæ articulo, ad eas annatarunt, existimantes in præsenti metu sibi satius esse ab illis, qui in navibus erant, si necesse esset, trucidari, quam a barbaris et infensissimis hostibus Amphilochis. (8) Ampraciotæ igitur hoc modo profligati, e multis pauci in urbem evaserunt; Acarnanes vero, spoliatis cadaveribus et tropæis erectis Argos redierunt.

CXIII. Et ad eos postero die venit caduceator missus ab Ampraciotis, qui ex Olpa ad Agræos confugerant, petiturus, ut liceret suscipere cadavera suorum, quos post primum prœlium interfecerant, quum una cum Mantinensibus et ceteris, quibus abeundi potestas facta erat, ipsi nulla fide data egressi erant. (2) Caduceator autem intuitus arma Ampraciotarum, qui ex urbe prodierant, multitudinem admirabatur; cladis enim acceptæ ignarus erat, sed ea opinabatur eorum esse, qui cum ipsis fuerant. (3) Tunc vero aliquis eum interrogat, quidnam admiraretur, et quot ex ipsis putaret periisse, quum quidem is, qui interrogabat, rursus existimaret, istum caduceatorem ab illis missum, qui apud Idomenas erant. Ille vero respondit ducentos ferme. (4) Contra vero interrogans ait : « non igitur hæc eorum arma esse apparet, sed plusquam mille hominum. » Et ille rursus : « non ergo sunt eorum, qui nobiscum in acie steterunt. » Alter autem respondit : « siquidem vos apud Idomenen heri pugnabatis. » « Atqui nos heri cum nullo pugnabamus sed, nudius tertius inter redeundum. » « At vero nos cum istis quidem heri, quum ex Ampraciotarum urbe nobis occurrissent, pugnabamus. » (5) Quum autem caduceator hoc audisset et intellexisset auxilium urbanum profligatum esse, ingemiscens et vehementer commotus præsentium malorum magnitudine, discessit confestim re infecta nec ulterius suorum cadavera flagitabat.

καὶ οὐκέτι ἀπῄτει τοὺς νεκρούς. (6) Πάθος γὰρ τοῦτο μιᾷ πόλει Ἑλληνίδι ἐν ἴσαις ἡμέραις μέγιστον δὴ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε ἐγένετο. Καὶ ἀριθμὸν οὐκ ἔγραψα τῶν ἀποθανόντων, διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Ἀμπρακίαν μέντοι οἶδα ὅτι εἰ ἐβουλήθησαν Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι Ἀθηναίοις καὶ Δημοσθένει πειθόμενοι ἐξελεῖν, αὐτοβοεὶ ἂν εἷλον· νῦν δ' ἔδεισαν μὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντες αὐτὴν χαλεπώτεροι σφίσι πάροικοι ὦσιν.

CXIV. Μετὰ δὲ ταῦτα τρίτον μέρος νείμαντες τῶν σκύλων τοῖς Ἀθηναίοις τὰ ἄλλα κατὰ τὰς πόλεις διείλοντο. Καὶ τὰ μὲν τῶν Ἀθηναίων πλέοντα ἑάλω, τὰ δὲ νῦν ἀνακείμενα ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἱεροῖς Δημοσθένει ἐξῃρέθησαν τριακόσιαι πανοπλίαι, καὶ ἄγων αὐτὰς κατέπλευσεν· καὶ ἐγένετο ἅμα αὐτῷ μετὰ τὴν τῆς Αἰτωλίας ξυμφορὰν ἀπὸ ταύτης τῆς πράξεως ἀδεεστέρα ἡ κάθοδος. (2) Ἀπῆλθον δὲ καὶ οἱ ἐν ταῖς εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἐς Ναύπακτον. Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ Ἀμφίλοχοι ἀπελθόντων Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν, οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλυνθίου. (3) Καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι πρὸς Ἀμπρακιώτας ἐπὶ τοῖσδε ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους, βοηθεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων, καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας ὁπόσα ἢ χωρία ἢ ὁμήρους Ἀμφιλόχων ἔχουσι, καὶ ἐπὶ Ἀνακτόριον μὴ βοηθεῖν πολέμιον ὂν Ἀκαρνᾶσιν. (4) Ταῦτα ξυνθέμενοι διέλυσαν τὸν πόλεμον. Μετὰ δὲ ταῦτα Κορίνθιοι φυλακὴν ἑαυτῶν ἐς τὴν Ἀμπρακίαν ἀπέστειλαν, ἐς τριακοσίους ὁπλίτας, καὶ Ξενοκλείδαν τὸν Εὐθυκλέους ἄρχοντα· οἳ κομιζόμενοι χαλεπῶς διὰ τῆς Ἠπείρου ἀφίκοντο. Τὰ μὲν κατ' Ἀμπρακίαν οὕτως ἐγένετο.

CXV. Οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος ἔς τε τὴν Ἱμεραίαν ἀπόβασιν ἐποιήσαντο ἐκ τῶν νεῶν μετὰ τῶν Σικελιωτῶν ἄνωθεν ἐσβεβληκότων ἐς τὰ ἔσχατα τῆς Ἱμεραίας, καὶ ἐπὶ τὰς Αἰόλου νήσους ἔπλευσαν. (2) Ἀναχωρήσαντες δὲ ἐς Ῥήγιον Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου Ἀθηναίων στρατηγὸν καταλαμβάνουσιν ἐπὶ τὰς ναῦς διάδοχον ὧν ὁ Λάχης ἦρχεν. (3) Οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ξύμμαχοι πλεύσαντες ἔπεισαν τοὺς Ἀθηναίους βοηθεῖν σφίσι πλείοσι ναυσίν· τῆς μὲν γὰρ γῆς αὐτῶν οἱ Συρακόσιοι ἐκράτουν, τῆς δὲ θαλάσσης ὀλίγαις ναυσὶν εἰργόμενοι παρεσκευάζοντο ναυτικὸν ξυναγείροντες ὡς οὐ περιοψόμενοι. (4) Καὶ ἐπλήρουν ναῦς τεσσαράκοντα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἀποστελοῦντες αὐτοῖς, ἅμα μὲν ἡγούμενοι θᾶσσον τὸν ἐκεῖ πόλεμον καταλυθήσεσθαι, ἅμα δὲ βουλόμενοι μελέτην τοῦ ναυτικοῦ ποιεῖσθαι. Τὸν μὲν οὖν ἕνα τῶν στρατηγῶν ἀπέστειλαν Πυθόδωρον ὀλίγαις ναυσίν, Σοφοκλέα δὲ τὸν Σωστρατίδου καὶ Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους ἐπὶ τῶν πλειόνων νεῶν ἀποπέμψειν ἔμελλον. (5) Ὁ δὲ Πυθόδωρος ἤδη

(6) Hæc enim clades uni Græcæ civitati intra totidem dies maxima accidit omnium in hoc bello. Ac cæsorum numerum non scripsi, quia multitudo, quæ dicitur interiisse, fidem superat, pro magnitudine quidem civitatis. Ampraciam autem sat scio Acarnanes et Amphilochi, si Atheniensibus ac Demostheni morem gerentes expugnare voluissent, primo statim clamore expugnassent; nunc autem timuerunt, ne Athenienses, si eam tenuissent, molestiores sibi accolæ essent.

CXIV. Postea vero tertia spoliorum parte Atheniensibus attributa, reliqua inter civitates diviserunt. Atque Atheniensium quidem spolia in ipso navigationis cursu intercepta sunt; quæ autem nunc in templis Atticis affixa visuntur, trecentæ solidæ armaturæ, Demostheni privatim honoris causa datæ sunt, quas ille secum in navibus vehens domum profectus est; et simul ei post cladem in Ætolia acceptam ob has res gestas reditus in patriam tutior fuit. (2) Athenienses quoque, qui in viginti navibus erant, Naupactum redierunt. Acarnanes vero et Amphilochi post Atheniensium et Demosthenis discessum, Ampraciotis et Peloponnesiis, qui ad Salynthium et Agræos confugerant, fide publica interposita, ex Œniadis abeundi potestatem dederunt, quo transierant a Salynthio. (3) In posterum vero tempus Acarnanes et Amphilochi fœdus et societatem ad centum annos cum Ampraciotis coiverunt, his conditionibus, ut neque Ampraciotæ cum Acarnanibus bellum Peloponnesiis inferrent, neque cum Ampraciotis Acarnanes Atheniensibus, sed mutuo sibi forent auxilio, utque Ampraciotæ redderent, quotquot loca aut obsides Amphilochorum tenerent, neque subsidium mitterent Anactorium, quod Acarnanibus erat infestum. (4) Quum autem hoc modo inter eos convenisset, bellum deposuerunt. Post hæc Corinthii præsidium ex suis ad trecentos gravis armaturæ milites cum Xenoclide Euthyclis filio duce Ambraciam miserunt, qui itinere per Epirum facto ægre pervenerunt. Res igitur ad Ambraciam gestæ hunc exitum habuerunt.

CXV. Eadem hieme Athenienses, qui in Sicilia erant, exscensum ex navibus in agrum Himeræum fecerunt, una cum Siciliensibus, qui ex superioribus regionibus in extremos Himeræi agri fines irruperant, et in Æoli insulas navigarunt. (2) Quum autem Rhegium se recepissent, Pythodorum Isolochi filium, Atheniensium ducem, Lachetis in classis præfectura successorem offendunt. (3) Nam qui erant in Sicilia socii ad Athenienses navibus profecti, ipsis persuaserunt, ut majore navium numero opem sibi ferrent; terra enim eorum Syracusani potiebantur; mari autem quum paucis illorum navibus prohiberentur, parabant classem et undique cogebant, quod hoc ferre nollent. (4) Athenienses igitur quadraginta naves instruebant, quas ad ipsos mitterent, tum quod bellum illic celerius confectum iri sperarent, tum etiam quod suos in rebus navalibus exercere cuperent. Unum igitur e ducibus Pythodorum cum paucis navibus eo miserunt; Sophoclem vero Sostratidæ et Eurymedontem Thuclis filium cum majore navium numero postea missuri erant. (5) Pythodorus vero, accepta jam

ἔχων τὴν τοῦ Λάχητος τῶν νεῶν ἀρχὴν ἔπλευσε τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸ Λοκρῶν φρούριον, ὃ πρότερον Λάχης εἷλεν· καὶ νικηθεὶς μάχῃ ὑπὸ τῶν Λοκρῶν ἀνεχώρησεν.

CXVI. Ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, καὶ γῆν τινὰ ἔφθειρε τῶν Καταναίων, οἳ ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. (2) Λέγεται δὲ πεντηκοστῷ ἔτει ῥυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα, τὸ δὲ ξύμπαν τρὶς γεγενῆσθαι τὸ ῥεῦμα ἀφ' οὗ Σικελία ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκεῖται. (3) Ταῦτα μὲν κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐγένετο, καὶ ἕκτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.

a Lachete præfectura classis sub extremam hiemem profectus est ad Locrorum castellum, quod Laches ante ceperat; prœlioque victus a Locris discessit.

CXVI. Per idem hoc ver ignis rivus ex Ætna effluxit, uti prius quoque et vastavit partem agri Catanæorum, qui sub Ætna monte incolunt, qui omnium Siciliæ montium est maximus. (2) Dicitur autem hæc flammarum eructatio quinquagesimo post priorem ignis eructationem anno contigisse, omnino autem ter accidisse hoc profluvium, ex quo Sicilia a Græcis habitatur. (3) Atque hæc quidem hac hieme gesta sunt, et sextus annus hujus belli finiebatur, quod Thucydides conscripsit.

ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

I. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους περὶ σίτου ἐκβολὴν Συρακοσίων δέκα νῆες πλεύσασαι καὶ Λοκρίδες ἴσαι Μεσσήνην τὴν ἐν Σικελίᾳ κατέλαβον, αὐτῶν ἐπαγαγομένων, καὶ ἀπέστη Μεσσήνη Ἀθηναίων. (2) Ἔπραξαν δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ μὲν Συρακόσιοι ὁρῶντες προσβολὴν ἔχον τὸ χωρίον τῆς Σικελίας καὶ φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοί ποτε σφίσι μείζονι παρασκευῇ ἐπέλθωσιν, οἱ δὲ Λοκροὶ κατὰ ἔχθος τὸ Ῥηγίνων, βουλόμενοι ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς καταπολεμεῖν. (3) Καὶ ἐσεβεβλήκεσαν ἅμα ἐς τὴν Ῥηγίνων οἱ Λοκροὶ πανστρατιᾷ, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσι τοῖς Μεσσηνίοις, ἅμα δὲ καὶ ξυνεπαγόντων Ῥηγίνων φυγάδων, οἳ ἦσαν παρ' αὐτοῖς· τὸ γὰρ Ῥήγιον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζεν, καὶ ἀδύνατα ἦν ἐν τῷ παρόντι τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι, ᾗ καὶ μᾶλλον ἐπετίθεντο. (4) Δῃώσαντες δὲ οἱ μὲν Λοκροὶ τῷ πεζῷ ἀπεχώρησαν, αἱ δὲ νῆες Μεσσήνην ἐφρούρουν· καὶ ἄλλαι αἱ πληρούμεναι ἔμελλον αὐτόσε ἐγκαθορμισάμεναι τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν ποιήσεσθαι.

II. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι, Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν (ἡγεῖτο δὲ Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς) καὶ ἐγκαθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. (2) Ἀθηναῖοι δὲ τάς τε τεσσαράκοντα ναῦς ἐς Σικελίαν ἀπέστειλαν, ὥσπερ παρεσκευάζοντο, καὶ στρατηγοὺς τοὺς ὑπολοίπους Εὐρυμέδοντα καὶ Σοφοκλέα· Πυθόδωρος γὰρ ὁ τρίτος αὐτῶν ἤδη προαφῖκτο ἐς Σικελίαν. (3) Εἶπον δὲ τούτοις καὶ Κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι, οἳ ἐλῃστεύοντο ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ὄρει φυγάδων· καὶ Πελοποννησίων αὐτόσε νῆες ἑξήκοντα παρεπεπλεύκεσαν τοῖς ἐν τῷ ὄρει τιμωροί, καὶ λιμοῦ ὄντος μεγάλου ἐν τῇ πόλει νομίζοντες κατασχήσειν ῥᾳδίως τὰ πράγματα. (4) Δημοσθένει δὲ ὄντι ἰδιώτῃ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας, αὐτῷ δεηθέντι εἶπον χρῆσθαι ταῖς ναυσὶ ταύταις, ἢν βούληται, περὶ τὴν Πελοπόννησον.

III. Καὶ ὡς ἐγένοντο πλέοντες κατὰ τὴν Λακωνικὴν καὶ ἐπυνθάνοντο ὅτι αἱ νῆες ἐν Κερκύρᾳ ἤδη εἰσὶ τῶν Πελοποννησίων, ὁ μὲν Εὐρυμέδων καὶ Σοφοκλῆς ἠπείγοντο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ Δημοσθένης ἐς τὴν Πύλον πρῶτον ἐκέλευε σχόντας αὐτοὺς καὶ πράξαντας ἃ δεῖ τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι· ἀντιλεγόντων δὲ κατὰ τύχην χειμὼν ἐπιγενόμενος κατήνεγκε τὰς ναῦς ἐς τὴν Πύλον. (2) Καὶ ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ἠξίου τειχίζεσθαι τὸ χωρίον (ἐπὶ τούτῳ γὰρ ξυνεκπλεῦσαι), καὶ ἀπέφαινε πολλὴν εὐπορίαν ξύλων τε καὶ λίθων, καὶ φύσει καρτερὸν ὂν καὶ ἐρῆμον αὐτό τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας· ἀπέχει γὰρ

LIBER IV.

I. Sequente vere, quum segetes jam spicas emittere inciperent, decem Syracusanorum naves, et totidem Locrorum profectæ, Messanam, quæ est in Sicilia, occuparunt, ab ipsis oppidanis accitæ, et Messana ab Atheniensibus defecit. (2) Egerunt hoc autem potissimum, Syracusani quidem, quod viderent, id oppidum ad invadendam Siciliam opportunum esse, et Athenienses metuerent, ne illinc ut ex belli sede excurrentes majore apparatu se invaderent; Locri vero propter odium in Rheginos, quia eos utrinque bello opprimere volebant. (3) Atque fecerant simul irruptionem Locri cum frequentibus copiis in Rheginorum agrum, ne hi Messeniis auxilium ferrent, simul etiam inducti ab exsulibus Rheginis, qui apud ipsos erant; Rhegium enim jam diu seditionibus agitabatur, nec in præsentia Locros arcere poterat, quo etiam magis hi instabant. (4) Quum autem agrum vastassent, Locri quidem cum peditatu domum redierunt, naves vero Messanæ præsidio remanebant; et aliæ, quæ instruebantur, debebant statione ibi capta bellum illinc gerere.

II. Sub eadem veris tempora, antequam frumenta essent matura, Peloponnesii eorumque socii irruptionem in Atticam fecerunt (præerat iis autem Agis Archidami filius, Lacedæmoniorum rex) et stativa ibi habentes agrum populabantur. (2) Athenienses vero et illas quadraginta naves, quas instruxerant, in Siciliam miserunt, et reliquos duces Eurymedontem et Sophoclem; nam Pythodorus, qui cum illis tertius erat dux, in Siciliam jam ante pervenerat. (3) His autem præceperunt, ut in transitu simul et curarent res Corcyræorum, qui in urbe erant, qui latrociniis ab exsulibus in monte degentibus infestabantur; et Peloponnesiorum sexagintà naves illuc navigaverant, ut opem illis ferrent, qui in monte erant; simul etiam quod propter ingentem famem, qua Corcyræorum civitas laborabat, res illas in suam potestatem facile redactum iri sperarent. (4) Mandarunt etiam Demostheni, qui post suum ex Acarnania reditum privatus erat, hoc ipsum flagitanti, ut his navibus, si vellet, circa Peloponnesum uteretur.

III. Quum autem inter navigandum e regione agri Laconici essent, et acciperent Peloponnesiorum naves ad Corcyram jam appulisse, Eurymedon quidem et Sophocles ad Corcyram tendere properabant, Demosthenes vero eos hortabatur, ut primum Pylum appellerent, deinde peractis rebus, quæ peragendæ essent, navigationis cursum conficerent; illis vero contradicentibus forte fortuna tempestas exorta classem Pylum detulit. (2) Atque statim Demosthenes postulabat, ut locus ille muniretur, (hac enim de causa se cum illis navigasse), et demonstrabat magnam esse lignorum lapidumque copiam, et locum natura munitum esse, et quum ipsum, tum etiam magnum illius agri tractum circumcirca desertum esse; distat enim Pylus a

σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους, καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ, καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. (3) Οἱ δὲ πολλὰς ἔφασαν εἶναι ἄκρας ἐρήμους τῆς Πελοποννήσου, ἣν βούληται καταλαμβάνων τὴν πόλιν δαπανᾶν. Τῷ δὲ διάφορόν τι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον ἑτέρου μᾶλλον, λιμένος τε προσόντος, καὶ τοὺς Μεσσηνίους οἰκείους ὄντας αὐτῷ τὸ ἀρχαῖον καὶ ὁμοφώνους τοῖς Λακεδαιμονίοις πλεῖστ' ἂν βλάπτειν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένους, καὶ βεβαίους ἅμα τοῦ χωρίου φύλακας ἔσεσθαι.

IV. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν οὔτε τοὺς στρατηγοὺς οὔτε τοὺς στρατιώτας, ὕστερον καὶ τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας, ἡσύχαζεν ὑπὸ ἀπλοίας, μέχρι αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις σχολάζουσιν ὁρμὴ ἐσέπεσε περιστᾶσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. (2) Καὶ ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι· καὶ τὸν πηλόν, εἴ που δέοι χρῆσθαι, ἀγγείων ἀπορίᾳ ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον, ἐγκεκυφότες τε ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν, καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες, ὅπως μὴ ἀποπίπτοι. (3) Παντί τε τρόπῳ ἠπείγοντο φθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους τὰ ἐπιμαχώτατα ἐξεργασάμενοι πρὶν ἐπιβοηθῆσαι· τὸ γὰρ πλέον τοῦ χωρίου αὐτὸ καρτερὸν ὑπῆρχε καὶ οὐδὲν ἔδει τείχους.

V. Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς ὅταν ἐξέλθωσιν ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ· καί τι καὶ αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ὢν ἐπέσχεν. (2) Τειχίσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ χωρίου τὰ πρὸς ἤπειρον καὶ ἃ μάλιστα ἔδει ἐν ἡμέραις ἓξ τὸν μὲν Δημοσθένην μετὰ νεῶν πέντε αὐτοῦ φύλακα καταλείπουσιν, ταῖς δὲ πλείοσι ναυσὶ τὸν ἐς τὴν Κέρκυραν πλοῦν καὶ Σικελίαν ἠπείγοντο.

VI. Οἱ δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντες Πελοποννήσιοι ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης, ἀνεχώρουν κατὰ τάχος ἐπ' οἴκου, νομίζοντες μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἆγις ὁ βασιλεὺς οἰκεῖον σφίσι τὸ περὶ τὴν Πύλον· ἅμα δὲ πρῲ ἐσβαλόντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς, χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν ἐπίεσε τὸ στράτευμα. (2) Ὥστε πολλαχόθεν ξυνέβη ἀναχωρῆσαί τε θᾶσσον αὐτοὺς καὶ βραχυτάτην γενέσθαι τὴν ἐσβολὴν ταύτην· ἡμέρας γὰρ πεντεκαίδεκα ἔμειναν ἐν τῇ Ἀττικῇ.

VII. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Σιμωνίδης Ἀθηναίων στρατηγὸς Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης Μενδαίων ἀποικίαν, πολεμίαν δὲ οὖσαν, ξυλλέξας Ἀθηναίους τε ὀλίγους ἐκ τῶν φρουρίων καὶ τῶν ἐκείνῃ ξυμμάχων πλῆθος προδιδομένην κατέλαβεν. Καὶ παραχρῆμα ἐπιβοηθησάντων Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων ἐξεκρούσθη τε καὶ ἀπέβαλε πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν.

VIII. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς Πελοποννησίων οἱ Σπαρτιᾶται αὐτοὶ μὲν καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων εὐθὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν Πύλον, τῶν δὲ

Sparta stadia circiter quadringenta, et sita est in eo agro, qui olim erat Messenius; Lacedæmonii autem Coryphasion vocant. (3) Illi vero dicebant, multa esse Peloponnesi promontoria deserta, si in iis occupandis civitatem exhaurire velit. Huic autem locus iste longe commodior quam ullus alius esse videbatur, tum quod ei portus adjaceret, tum etiam Messenios, quibus hæc terra antiquitus domestica esset, et qui eadem, qua Lacedæmonii, lingua uterentur, illinc prodeuntes plurima damna iis inferre posse, et simul eos certos illius loci custodes futuros.

IV. Sed quum neque ducibus neque militibus rem persuadere posset, quam postea etiam cum ordinum præfectis communicarat, propter navigandi difficultatem quiescebat, donec ipsos milites otium agentes, sententia mutata cupiditas invasit locum muniendi. (2) Itaque manus ad opus faciendum admoverunt, nulla ferramenta ad lapides cædendos habentes, sed eos cum delectu comportantes; et ubi quisque apte quadrare poterat, coagmentabant; et lutum, sicubi opus illo esset, ob vasorum penuriam humeris portabant, corpore ita inclinato, ut commodissime in dorso permanere posset, et manibus a tergo consertis, ne deflueret. (3) Omnique ratione properabant Lacedæmonios antevertere, et illas munitionum partes, quæ oppugnationi maxime opportunæ erant, prius absolvere, quam illi ad opem loco ferendam venirent; nam major loci pars suopte situ munita erat, muroque non indigebat.

V. Illi vero tunc forte diem festum agebant, et quum hoc audirent, parvi faciebant, quod simul atque exercitum eduxissent, aut hostes suum adventum non exspectaturos, aut oppidum a se per vim facile receptum iri putarent; nonnihil eos etiam exercitus, qui in agro Attico adhuc erat, retardavit. (2) Athenienses vero communito intra sex dies loco, qua continentem spectat et ubi maxime oportebat, Demosthenem quidem cum quinque navibus ibi reliquerunt, ut ei præsidio esset; cum ceteris autem, quorum major erat numerus, cursum in Corcyram et Siciliam urgebant.

VI. At Peloponnesii, qui in Attica erant, accepto nuntio de Pylo occupata, domum celeriter se recipiebant; Lacedæmonii enim, et Agis ipsorum rex, id quod Pylo contigerat, ad se potissimum pertinere ducebant; simul etiam quia mature irruptionem fecerant, et frumento adhuc viridi plerisque commeatus deerat; et præterea frigus acrius, quam illud anni tempus ferret, exercitum pressit. (2) Quare multis de causis contigit, ut celerius se receperint, et in hac expeditione minimum commorati sint; nam quindecim dies in Attica manserant.

VII. Per idem tempus Simonides Atheniensium dux, coacta paucorum Atheniensium, qui in præsidiis erant, et magna sociorum illic habitantium manu, Eionem, quæ est in Thracia, Mendæorum coloniam, sed Atheniensium hostem, per proditionem occupavit. Quum autem Chalcidenses et Bottiæi confestim opem tulissent, inde expulsus est, multosque milites amisit.

VIII. Quum autem Peloponnesii ex Attica domum rediissent, Spartani quidem quum ipsi tum proximi municipum opem Pylo celeriter ferebant, ceterorum vero Lacedæmo-

ἄλλων Λακεδαιμονίων βραδυτέρα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος ἄρτι ἀφιγμένων ἀφ' ἑτέρας στρατείας. (2) Περιήγγελλον δὲ καὶ κατὰ τὴν Πελοπόννησον βοηθεῖν ὅτι τάχιστα ἐπὶ Πύλον, καὶ ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Κερκύρᾳ ναῦς σφῶν τὰς ἑξήκοντα ἔπεμψαν, αἳ ὑπερενεχθεῖσαι τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν καὶ λαθοῦσαι τὰς ἐν Ζακύνθῳ Ἀττικὰς ναῦς ἀφικνοῦνται ἐπὶ Πύλον· παρῆν δὲ ἤδη καὶ ὁ πεζὸς στρατός. (3) Δημοσθένης δὲ προσπλεόντων ἔτι τῶν Πελοποννησίων ὑπεκπέμπει φθάσας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι Εὐρυμέδοντι καὶ τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ἐν Ζακύνθῳ Ἀθηναίοις παρεῖναι ὡς τοῦ χωρίου κινδυνεύοντος. (4) Καὶ αἱ μὲν νῆες κατὰ τάχος ἔπλεον κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ Δημοσθένους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι παρεσκευάζοντο ὡς τῷ τειχίσματι προσβαλοῦντες κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ἐλπίζοντες ῥᾳδίως αἱρήσειν οἰκοδόμημα διὰ ταχέων εἰργασμένον καὶ ἀνθρώπων ὀλίγων ἐνόντων. (5) Προσδεχόμενοι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Ζακύνθου τῶν Ἀττικῶν νεῶν βοήθειαν ἐν νῷ εἶχον, ἢν ἄρα μὴ πρότερον ἕλωσι, καὶ τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. (6) Ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη τόν τε λιμένα παρατείνουσα καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη ἐχυρὸν ποιεῖ καὶ τοὺς ἔσπλους στενούς, τῇ μὲν δυοῖν νεοῖν διάπλουν κατὰ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων καὶ τὴν Πύλον, τῇ δὲ πρὸς τὴν ἄλλην ἤπειρον ὀκτὼ ἢ ἐννέα· ὑλώδης τε καὶ ἀτριβὴς πᾶσα ὑπ' ἐρημίας ἦν, καὶ μέγεθος περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα. (7) Τοὺς μὲν οὖν ἔσπλους ταῖς ναυσὶν ἀντιπρῴροις βύζην κλῄσειν ἔμελλον· τὴν δὲ νῆσον ταύτην φοβούμενοι μὴ ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον σφίσι ποιῶνται, ὁπλίτας διεβίβασαν ἐς αὐτήν, καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον ἄλλους ἔταξαν. (8) Οὕτω γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις τήν τε νῆσον πολεμίαν ἔσεσθαι τήν τε ἤπειρον, ἀπόβασιν οὐκ ἔχουσαν· τὰ γὰρ αὐτῆς τῆς Πύλου ἔξω τοῦ ἔσπλου πρὸς τὸ πέλαγος ἀλίμενα ὄντα οὐχ ἕξειν ὅθεν ὁρμώμενοι ὠφελήσουσι τοὺς αὐτῶν, σφεῖς δὲ ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου ἐκπολιορκήσειν τὸ χωρίον κατὰ τὸ εἰκός, σίτου τε οὐκ ἐνόντος καὶ δι' ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένου. (9) Ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν νῆσον τοὺς ὁπλίτας, ἀποκληρώσαντες ἀπὸ πάντων τῶν λόχων. Καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχήν, οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταληφθέντες εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν, καὶ Εἵλωτες οἱ περὶ αὐτούς· ἦρχε δ' αὐτῶν Ἐπιτάδας ὁ Μολόβρου.

IX. Δημοσθένης δὲ ὁρῶν τοὺς Λακεδαιμονίους μέλλοντας προσβάλλειν ναυσί τε ἅμα καὶ πεζῷ παρεσκευάζετο καὶ αὐτός, καὶ τὰς τριήρεις αἵπερ ἦσαν αὐτῷ ἀπὸ τῶν καταλειφθεισῶν ἀνασπάσας ὑπὸ τὸ τείχισμα προσεσταύρωσεν, καὶ τοὺς ναύτας ἐξ αὐτῶν ὥπλισεν ἀσπίσι τε φαύλαις καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς· οὐ γὰρ ἦν ὅπλα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ πορίσασθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐκ λῃστρικῆς Μεσσηνίων τριακοντόρου καὶ κέλητος ἔλαβον, οἳ ἔτυχον παραγενόμενοι. Ὁπλῖταί τε τῶν Μεσσηνίων τούτων ὡς τεσσαράκοντα ἐγένοντο, οἷς

niorum adversus hostem profectio tardior erat, quod ex altera expeditione modo revertissent. (2) Sed nuntiis etiam per Peloponnesum circummissis imperabant, ut ad opem Pylo ferendam primo quoque tempore concurrerent, et ad suas sexaginta naves, quæ apud Corcyram erant, nuntium miserunt; quæ per Leucadium Isthmum transportatæ, quum Atticam classem, quæ ad Zacynthum erat, latuissent, ad Pylum pervenerunt; atque aderant jam etiam copiæ pedestres. (3) Demosthenes vero, quum Peloponnesii navigationis cursum eo adhuc tenerent, duas naves clam ocius emisit, quæ nuntiarent Eurymedonti et ceteris Atheniensibus, qui cum classe ad Zacynthum erant, ut celeriter venirent, quod locus in discrimine versaretur. (4) Et illæ quidem duæ naves, prout Demosthenes mandarat, magnam in navigando celeritatem adhibebant; Lacedæmonii vero se ad illius loci munitionem terra marique oppugnandam parabant, sperantes facile se capturos opus properanter factum, et in quo pauci propugnatores essent, (5) Ceterum cum etiam Atticarum navium e Zacyntho auxilia ventura exspectarent, in animo habebant, nisi forte prius munitionem expugnassent, ipsas etiam portus fauces obstruere, ne Atheniensibus in eo consistere liceret. (6) Insula enim nomine Sphacteria ante portum porrecta et prope adjacens efficit et portum tutum et introitus angustos, ut hac quidem, qua ad Atheniensium munitionem et Pylum vergit, bina navigia, illac vero, qua vergit ad reliquam continentem, octona vel novena transire possint; totaque silvestris et propter solitudinem invia, et quindecim ferme stadiorum magnitudine erat. (7) Portus igitur ostia navibus confertim collocatis, ita ut proras hostibus adversas haberent, obstruere statuerant; in hanc insulam autem, timentes, ne ex ea bellum sibi facerent, gravis armaturæ milites transportarunt, et alios in continente collocarunt. (8) Ita enim existimabant et ipsam insulam Atheniensibus hostem fore, atque etiam continentem, utpote quæ nullum haberet locum ad exscensum faciendum; nam quum illa ipsius Pyli ora, quæ extra portus ostium erat, et quæ altum spectabat, importuosa esset, sciebant eos non habituros, unde proficiscerentur ad suos adjuvandos; se vero sine prœlio navali et sine periculo locum expugnaturos, ut quidem erat verisimile, quod nullus in eo commeatus esset, et quod ab exiguo apparatu occupatus esset. (9) Quum autem hanc sententiam comprobassent, milites in insulam transportabant, ex omnibus lochis sortiti. Atque primo quidem etiam alii subinde per vices eo trajecerunt; postremi vero, qui etiam illic deprehensi sunt, erant quadringenti et viginti, præter Helotas, qui circum ipsos erant; præerat iis autem Epitadas Molobri filius.

IX. Demosthenes vero, cernens Lacedæmonios cum navalibus simul et pedestribus copiis aggressuros, ipse quoque se præparabat, et naves, quæ ipsi relictæ adhuc aderant, subduxit, easque vallis etiam munitas sub munitione collocavit, et earum nautas scutis infirmis et plerisque vimineis armavit; nec enim in loco deserto arma sibi comparare poterant, quinetiam hæc ipsa ceperant ex piratica triremi et actuario navigio Messeniorum, qui forte eo appulerant. Et inter istos Messenios fuerunt ad quadraginta gravis armaturæ milites, quibus Demosthenes una cum reliquis utebatur. (2)

ἐχρῆτο μετὰ τῶν ἄλλων. (2) Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς τῶν τε ἀόπλων καὶ ὡπλισμένων ἐπὶ τὰ τετειχισμένα μάλιστα καὶ ἐχυρὰ τοῦ χωρίου πρὸς τὴν ἤπειρον ἔταξε, προειπὼν ἀμύνασθαι τὸν πεζόν, ἢν προσβάλλῃ· αὐτὸς δὲ ἀπολεξάμενος ἐκ πάντων ἑξήκοντα ὁπλίτας καὶ τοξότας ὀλίγους ἐχώρει ἔξω τοῦ τείχους ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ᾗ μάλιστα ἐκείνους προσεδέχετο πειράσειν ἀποβαίνειν ἐς χωρία μὲν χαλεπὰ καὶ πετρώδη πρὸς τὸ πέλαγος τετραμμένα, σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι· (3) οὔτε γὰρ αὐτοὶ ἐλπίζοντές ποτε ναυσὶ κρατηθήσεσθαι οὐκ ἰσχυρὸν ἐτείχιζον, ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν ἁλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι. (4) Κατὰ τοῦτο οὖν πρὸς αὐτὴν τὴν θάλασσαν χωρήσας ἔταξε τοὺς ὁπλίτας ὡς εἵρξων ἢν δύνηται, καὶ παρεκελεύσατο τοιάδε.

X. « Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου, μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾷδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος. Ὅσα γὰρ ἐς ἀνάγκην ἀφῖκται ὥσπερ τάδε, λογισμὸν ἥκιστα ἐνδεχόμενα κινδύνου τοῦ ταχίστου προσδεῖται. (2) Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. (3) Τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ καίπερ χαλεπὸν ὂν εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος, καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν μὴ ῥᾳδίας αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ἢν καὶ ὑφ' ἡμῶν βιάζηται· ἐπὶ γὰρ ταῖς ναυσὶ ῥᾷστοί εἰσιν ἀμύνεσθαι, ἀποβάντες δὲ ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη. (4) Τό τε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄγαν δεῖ φοβεῖσθαι· κατ' ὀλίγον γὰρ μαχεῖται καίπερ πολὺ ὂν ἀπορίᾳ τῆς προσορμίσεως, καὶ οὐκ ἐν γῇ στρατός εἰσιν ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων, ἀλλ' ἀπὸ νεῶν, αἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ ξυμβῆναι. (5) Ὥστε τὰς τούτων ἀπορίας ἀντιπάλους ἡγοῦμαι τῷ ἡμετέρῳ πλήθει, καὶ ἅμα ἀξιῶ ὑμᾶς Ἀθηναίους ὄντας καὶ ἐπισταμένους ἐμπειρίᾳ τὴν ναυτικὴν ἐπ' ἄλλους ἀπόβασιν, ὅτι εἴ τις ὑπομένοι καὶ μὴ φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δεινότητος κατάπλου ὑποχωροίη, οὐκ ἄν ποτε βιάζοιτο, καὶ αὐτοὺς νῦν μεῖναί τε καὶ ἀμυνομένους παρ' αὐτὴν τὴν ῥαχίαν σώζειν ὑμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ χωρίον. »

XI. Τοσαῦτα τοῦ Δημοσθένους παρακελευσαμένου οἱ Ἀθηναῖοι ἐθάρσησάν τε μᾶλλον καὶ ἐπικαταβάντες ἐτάξαντο παρ' αὐτὴν τὴν θάλασσαν. (2) Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἄραντες τῷ τε κατὰ γῆν στρατῷ προσέβαλλον τῷ τειχίσματι καὶ ταῖς ναυσὶν ἅμα, οὔσαις τεσσαράκοντα καὶ τρισίν· ναύαρχος δὲ αὐτῶν ἐπέπλει Θρασυμηλίδας ὁ Κρατησικλέους Σπαρτιάτης. Προσέβαλλε δὲ ᾗπερ ὁ Δημοσθένης προσεδέχετο, (3) καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν, ἔκ τε γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης, ἠμύνοντο· οἱ δὲ κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι, διότι οὐκ

Itaque plerosque tam inermium quam armatorum, qua maxime muro munitus firmatusque locus erat, continentem versus disposuit; præcipiens, ut peditatum propulsarent, si aggrederetur; ipse vero delectis ex omnibus sexaginta gravis armaturæ militibus et aliquot sagittariis, extra murum ad mare profectus est, qua potissimum illos ex navibus in terram exscensum facere conaturos existimabat ad loca quidem aspera et saxosa ad mare conversa, sed tamen, quia ab hac parte suæ munitionis murus infirmissimus erat, putabat, ut eos illuc deduceret, ipsos studiose expetituros esse; (3) non enim firmius ibi muniverant, existimantes neque se unquam navibus devictum iri, et ab illis, si per vim in terram escenderent, castellum facili negotio capi posse. (4) In hac igitur parte, quæ ipsum mare spectabat, progressus milites disposuit, ut hostem arceret, si posset, eosque his verbis est adhortatus.

X. « Viri, qui mihi ejusdem periculi nunc estis socii, nemo vestrum reputando omnes difficultates, quæ nos circumsteterunt, callidus videri velit potius quam inconsulto bonæ spei plenus adversarios invadere, et ut qui ex his incolumis evadere possit. Nam quæcunque res ut hæ nostræ ad necessitatem sunt redactæ, earum minime iniri ratio potest, sed periclitatione celerrima opus habent. (2) Quamquam ego pleraque nobiscum facere video, si et impetum hostium sustinere, neque potiora commoda, quæ nobis ad rem feliciter gerendam adsunt, illorum multitudine deterriti fœde prodere velimus. (3) Quod enim locus accessu difficilis est, hoc pro nobis facere duco, quippe qui nobis quidem illorum impetum sustinentibus auxilio sit; sed si recesserimus, nullo prohibente accessu facilis erit, quantumvis alioqui difficilis; et hostem graviorem habebimus, quia non facile se recipere poterit, si nos etiam ipsum urgeamus; dum enim hostes sunt in navibus, facillime propulsari possunt, sed si in terram escenderint, tunc vero nobiscum æqua conditione pugnabunt. (4) Et ipsorum multitudo non admodum est extimescenda; quamvis enim sit ingens, tamen propter difficultatem loci, quo appellere possit, exigua manu pugnabit, atque non in terra habemus adversum exercitum, in æqua conditione numero majorem, sed e navibus pugnantem, quibus multæ opportunitates in mari contingant est necesse. (5) Quare difficultates istorum nostræ paucitati pares esse duco, et simul vestrum esse statuo, qui Athenienses estis, et qui experientia novistis, nauticum in alios exscensum si quis resistat, nec gravi fluctuum illisorum strepitu et minaci navium incurrentium impetu territus recedat, non facile posse per vim perfici, ut nunc ipsi quoque persistatis, atque arcentes hostem ad ipsum littoris salebrosi dorsum et vos ipsos et locum conservetis. »

XI. Tali oratione quum Demosthenes Athenienses adhortatus esset, illi majorem fiduciam animo conceperunt, et quum ad ipsum mare descendissent, ibi aciem instruxerunt. (2) Lacedæmonii vero, motis castris et terrestri exercitu et simul navibus numero XLIII munitiones oppugnabant; illorum autem classis præfectus erat Trasymelidas Cratesiclis filius, Spartanus. Oppugnabat autem ab ea parte, qua Demosthenes sperabat; (3) atque Athenienses quidem utrinque et a terra et a mari hostem propulsabant. Illi vero classem partiti, cum exiguo navium numero, quod cum

ἦν πλείοσι προσσχεῖν, καὶ ἀναπαύοντες ἐν τῷ μέρει τοὺς ἐπίπλους ἐποιοῦντο, προθυμίᾳ τε πάσῃ χρώμενοι καὶ παρακελευσμῷ, εἴ πως ὠσάμενοι ἕλοιεν τὸ τείχισμα. (4) Πάντων δὲ φανερώτατος Βρασίδας ἐγένετο. Τριηραρχῶν γὰρ καὶ ὁρῶν τοῦ χωρίου χαλεποῦ ὄντος τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας, εἴ πῃ καὶ δοκοίη δυνατὸν εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦντας καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ξυντρίψωσιν, ἐβόα λέγων ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη ξύλων φειδομένους τοὺς πολεμίους ἐν τῇ χώρᾳ περιιδεῖν τεῖχος πεποιημένους, ἀλλὰ τάς τε σφετέρας ναῦς βιαζομένους τὴν ἀπόβασιν καταγνύναι ἐκέλευεν, καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἀποκνῆσαι ἀντὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν τὰς ναῦς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ παρόντι ἐπιδοῦναι, ὀκείλαντας δὲ καὶ παντὶ τρόπῳ ἀποβάντας τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τοῦ χωρίου κρατῆσαι.

XII. Καὶ ὁ μὲν τούς τε ἄλλους τοιαῦτα ἐπέσπερχεν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας ὀκεῖλαι τὴν ναῦν ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν· καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν ἀνεκόπη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τραυματισθεὶς πολλὰ ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν ἡ ἀσπὶς περιερρύη ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐξενεχθείσης αὐτῆς ἐς τὴν γῆν οἱ Ἀθηναῖοι ἀνελόμενοι ὕστερον πρὸς τὸ τροπαῖον ἐχρήσαντο ὃ ἔστησαν τῆς προσβολῆς ταύτης. (2) Οἱ δ' ἄλλοι προυθυμοῦντο μὲν ἀδύνατοι δ' ἦσαν ἀποβῆναι τῶν τε χωρίων χαλεπότητι καὶ τῶν Ἀθηναίων μενόντων καὶ οὐδὲν ὑποχωρούντων. (3) Ἐς τοῦτό τε περιέστη ἡ τύχη ὥστε Ἀθηναίους μὲν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Λακωνικῆς ἀμύνεσθαι ἐκείνους ἐπιπλέοντας, Λακεδαιμονίους δὲ ἐκ νεῶν τε καὶ ἐς τὴν ἑαυτῶν πολεμίαν οὖσαν ἐπ' Ἀθηναίους ἀποβαίνειν· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης ἐν τῷ τότε τοῖς μὲν ἠπειρώταις μάλιστα εἶναι καὶ τὰ πεζὰ κρατίστοις, τοῖς δὲ θαλασσίοις τε καὶ ταῖς ναυσὶ πλεῖστον προέχειν.

XIII. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τῆς ὑστεραίας μέρος τι προσβολὰς ποιησάμενοι ἐπέπαυντο· καὶ τῇ τρίτῃ ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς παρέπεμψαν τῶν νεῶν τινὰς ἐς Ἀσίνην, ἐλπίζοντες τὸ κατὰ τὸν λιμένα τεῖχος ὕψος μὲν ἔχειν, ἀποβάσεως δὲ μάλιστα οὔσης ἑλεῖν μηχαναῖς. (2) Ἐν τούτῳ δὲ αἱ ἐκ τῆς Ζακύνθου νῆες τῶν Ἀθηναίων παραγίγνονται τεσσαράκοντα· προσεβοήθησαν γὰρ τῶν τε φρουρίδων τινὲς αὐτοῖς τῶν ἐκ Ναυπάκτου καὶ Χῖαι τέσσαρες. (3) Ὡς δὲ εἶδον τήν τε ἤπειρον ὁπλιτῶν περίπλεων τήν τε νῆσον, ἔν τε τῷ λιμένι οὔσας τὰς ναῦς καὶ οὐκ ἐκπλεούσας, ἀπορήσαντες ὅπῃ καθορμίσωνται, τότε μὲν ἐς Πρώτην τὴν νῆσον, ἣ οὐ πολὺ ἀπέχει ἐρῆμος οὖσα, ἔπλευσαν καὶ ηὐλίσαντο, τῇ δ' ὑστεραίᾳ παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν ἀνήγοντο, ἢν μὲν ἀντεκπλεῖν ἐθέλωσι σφίσιν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, εἰ δὲ μή, ὡς αὐτοὶ ἐπεσπλευσούμενοι. (4) Καὶ οἱ μὲν οὔτε ἀντανήγοντο οὔτε ἃ διενοήθησαν, φράξαι τοὺς ἔσπλους, ἔτυχον ποιήσαντες, ἡσυχάζοντες δ' ἐν τῇ γῇ τάς τε ναῦς ἐπλήρουν καὶ παρεσκευάζοντο, ἢν ἐσπλέῃ τις, ὡς ἐν τῷ λιμένι ὄντι οὐ σμικρῷ ναυμαχήσοντες.

majore ad littus appellere non possent, et dividentes quietis vices impetum faciebant, omnique animi contentione et adhortatione utentes, si quo modo rejectis hostibus munitionem capere possent. (4) Brasidas autem omnium maxime conspicuus exstitit. Quum enim esset unus e trierarchis, et videret propter loci et accessus difficultatem trierarchos et gubernatores, si quam etiam ad partem accedi posse videbatur, formidantes et caventes, ne naves confringerent, vociferabatur, dicens non decere ipsos, dum lignis parcunt, munitionem in suo agro ab hostibus exstructam pati, imo jubebat eos, dum ex navibus in littus per vim exscenderent, naves confringere, et socios, ne pro magnis beneficiis suas naves in præsentia Lacedæmoniis largiri dubitarent, sed navibus in littus impactis, et quavis ratione exscensu ex illis in terram facto, et viros et locum in suam potestatem redigerent.

XII. Atque ipse quidem his verbis alios instigabat, et quum suum gubernatorem navem in littus impingere coegisset, ad navis pontem pergebat, et dum descendere conatur, ab Atheniensibus est rejectus, multisque vulneribus acceptis animi deliquium passus est, eoque collapso in illud spatium, quod est inter ipsos remiges et proram, clypeus ejus in mare decidit, qui quum in terram delatus esset, Athenienses eum susceperunt, et postea in tropæum adhibuerunt, quod de hac hostium oppugnatione erexerunt. (2) Ceteri vero magna quidem animi alacritate exscendere conabantur, sed non poterant, quum propter locorum difficultatem, tum etiam quod Athenienses hostium impressionem sustinebant, neque loco cedebant. (3) Atque tanta fortunæ commutatio facta est, ut Athenienses quidem ex terra eaque Laconica Lacedæmonios navibus infestis contra se venientes propulsarent, Lacedæmonii vero ex navibus et in suum agrum tunc hostilem contra Athenienses descendere conarentur; præcipue enim gloriam hoc addebat eo tempore his quidem, quod maxime mediterranei pedestribusque prœliis præstantissimi essent, illis vero, quod maritimi essent rerumque nauticarum peritia longe præstarent.

XIII. Hoc igitur die et sequentis parte Lacedæmonii quum aliquoties hostis munitionem adorti essent, destiterant; et tertio die naves aliquot Asinam dimiserunt ad comparandam materiam machinis faciendis, quod eam muri partem, quæ portum spectabat, et quæ alta quidem erat, sed tamen præcipue locum exscensioni in terram faciendæ opportunum habebat, machinis a se captum iri sperarent. (2) Interea vero quadraginta Atheniensium naves ex Zacyntho advenerunt; nam accesserant illis auxilio aliquot præsidiariæ, quæ Naupacti erant, et quatuor Chiæ. (3) Sed quum vidissent et ipsam continentem et insulam militibus armatis refertam, et naves, quæ in portu erant, non prodire, ambigentes quonam appellerent, tunc quidem ad Proten insulam desertam, quæ non multum distat, contenderunt, ibique castris positis pernoctarunt; postero autem die, ut ad navale prœlium instructi, in altum vela fecerunt, si contra se in apertum mare venire voluissent; sin minus, ut ipsi in portum ingrederentur. (4) Atque illi quidem nec obviam iis in altum processerunt, neque, quod facere constituerant, ut portus ostia obstruerent, id jam perfecerant, sed in terra se continentes, naves complebant, seque ad navale prœlium in portu non parvo committendum parabant, siquis ingredi voluisset.

XIV. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι γνόντες καθ' ἑκάτερον τὸν ἔσπλουν ὥρμησαν ἐπ' αὐτούς, καὶ τὰς μὲν πλείους καὶ μετεώρους ἤδη τῶν νεῶν καὶ ἀντιπρῴρους προσπεσόντες ἐς φυγὴν κατέστησαν, καὶ ἐπιδιώκοντες ὡς διὰ βραχέος ἔτρωσαν μὲν πολλάς, πέντε δ' ἔλαβον, καὶ μίαν τούτων αὐτοῖς ἀνδράσιν· ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίαις ἐνέβαλλον. Αἱ δὲ καὶ πληρούμεναι ἔτι πρὶν ἀνάγεσθαι ἐκόπτοντο· καί τινας καὶ ἀναδούμενοι κενὰς εἷλκον τῶν ἀνδρῶν ἐς φυγὴν ὡρμημένων. (2) Ἃ ὁρῶντες οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ περιαλγοῦντες τῷ πάθει, ὅτιπερ αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ, παρεβοήθουν, καὶ ἐπεσβαίνοντες ἐς τὴν θάλασσαν ξὺν τοῖς ὅπλοις ἀνθεῖλκον ἐπιλαμβανόμενοι τῶν νεῶν, καὶ ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν. (3) Ἐγένετό τε ὁ θόρυβος μέγας καὶ ἀντηλλαγμένος τοῦ ἑκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς· οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως ὡς εἰπεῖν ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν, οἵ τε Ἀθηναῖοι κρατοῦντες καὶ βουλόμενοι τῇ παρούσῃ τύχῃ ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεξελθεῖν ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχουν. (4) Πολύν τε πόνον παρασχόντες ἀλλήλοις καὶ τραυματίσαντες διεκρίθησαν, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς κενὰς ναῦς πλὴν τῶν τὸ πρῶτον ληφθεισῶν διέσωσαν. (5) Καταστάντες δὲ ἑκάτεροι ἐς τὸ στρατόπεδον οἱ μὲν τροπαῖόν τε ἔστησαν καὶ νεκροὺς ἀπέδοσαν καὶ ναυαγίων ἐκράτησαν, καὶ τὴν νῆσον εὐθὺς περιέπλεον καὶ ἐν φυλακῇ εἶχον ὡς τῶν ἀνδρῶν ἀπειλημμένων· οἱ δ' ἐν τῇ ἠπείρῳ Πελοποννήσιοι καὶ ἀπὸ πάντων ἤδη βεβοηθηκότες ἔμενον κατὰ χώραν ἐπὶ τῇ Πύλῳ.

XV. Ἐς δὲ τὴν Σπάρτην ὡς ἠγγέλθη τὰ γεγενημένα περὶ Πύλον, ἔδοξεν αὐτοῖς ὡς ἐπὶ ξυμφορᾷ μεγάλῃ τὰ τέλη καταβάντας ἐς τὸ στρατόπεδον βουλεύειν παραχρῆμα ὁρῶντας ὅ τι ἂν δοκῇ. (2) Καὶ ὡς εἶδον ἀδύνατον ὂν τιμωρεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο ἢ ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας κρατηθῆναι, ἔδοξεν αὐτοῖς πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων, ἢν ἐθέλωσι, σπονδὰς ποιησαμένους τὰ περὶ Πύλον, ἀποστεῖλαι ἐς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις περὶ ξυμβάσεως, καὶ τοὺς ἄνδρας ὡς τάχιστα πειρᾶσθαι κομίσασθαι.

XVI. Δεξαμένων δὲ τῶν στρατηγῶν τὸν λόγον ἐγίγνοντο σπονδαὶ τοιαίδε, Λακεδαιμονίους μὲν τὰς ναῦς ἐν αἷς ἐναυμάχησαν καὶ τὰς ἐν τῇ Λακωνικῇ πάσας, ὅσαι ἦσαν μακραί, παραδοῦναι κομίσαντας ἐς Πύλον Ἀθηναίοις, καὶ ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ τειχίσματι μήτε κατὰ γῆν μήτε κατὰ θάλασσαν, Ἀθηναίους δὲ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ ἀνδράσι σῖτον ἐᾶν τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ Λακεδαιμονίους ἐκπέμπειν τακτὸν καὶ μεμαγμένον, δύο χοίνικας ἑκάστῳ Ἀττικὰς ἀλφίτων καὶ δύο κοτύλας οἴνου καὶ κρέας, θεράποντι δὲ τούτων ἡμίσεα· ταῦτα δὲ ὁρώντων τῶν Ἀθηναίων ἐσπέμπειν καὶ πλοῖον μηδὲν ἐσπλεῖν λάθρᾳ· φυλάσσειν δὲ καὶ τὴν νῆσον Ἀθηναίους μηδὲν ἧσσον, ὅσα μὴ ἀποβαίνοντας, καὶ ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ Πελοποννησίων στρατῷ μήτε κατὰ γῆν μήτε κατὰ

XIV. Athenienses vero hac re cognita ab utroque portus ostio in eos invecti sunt et, facto impetu, plerasque naves a terra jam provectas et adversis proris venientes, in fugam verterunt, et insecuti pro spatii brevitate multas quidem fregerunt, quinque autem ceperunt et harum unam cum ipsis viris; in ceteras vero, quæ ad terram confugerant, impressionem fecerunt. Aliæ vero etiam dum adhuc instruuntur, antequam in altum proveherentur, quassabantur; et nonnullas etiam vacuas suis navibus alligantes traxerunt, quum ex iis homines se in fugam dedissent. (2) Quæ conspicientes Lacedæmonii et cladem istam ægerrime ferentes, quod utique ipsorum cives in insula intercipiebantur, auxilio accurrebant et armati in mare ingredientes, suas naves manibus apprehendebant, et ad se retrahebant, et in eo unusquisque existimabat res impeditas esse, quibus gerendis non et ipse interfuisset. (3) Et tumultus exstitit ingens circa naves et contrarius quam pro utrorumque instituto; nam Lacedæmonii præ studio et formidine nihil aliud, ut ita loquar, quam e terra prœlium navale faciebant, et Athenienses, qui victores erant, et qui præsentem fortunam quam longissime persequi volebant, ex navibus pedestrem pugnam committebant. (4) Quum autem multo labore inter se fatigati essent et vulnerati, dirempti sunt, et Lacedæmonii naves inanes, illis exceptis, quæ initio captæ erant, servarunt. (5) Quum autem utrique in sua castra se recepissent, illi quidem tropæum erexerunt et cæsorum cadavera restituerunt, naviumque fractarum tabulis sunt potiti, insulamque protinus classe circumibant et custodiebant, quod viri in ea intercepti essent; Peloponnesii vero, qui in continente erant, jam ex omnibus gentibus ad opem suis ferendam conjuncti ad Pylum in loco manebant.

XV. Quum autem rerum ad Pylum gestarum nuntius Spartam allatus esset, placuit ipsis, ut tamquam in magna calamitate summi magistratus in castra se conferrent, et in re præsenti viderent et constituerent, quicquid agendum videretur. (2) Atque quum animadvertissent nulla ratione suis succurri posse, nec in discrimen illos adducere vellent, ne vel fame premerentur, vel multitudine oppressi in hostium potestatem redigerentur, placuit, induciis factis cum Atheniensium ducibus, si vellent, de rebus ad Pylum spectantibus, legatos Athenas de compositione mittere, et operam dare, ut suos cives primo quoque tempore reciperent.

σίδας καὶ ὁ Περδίκκας, προελθόντων πρότερον ἀπὸ τοῦ λόφου μετὰ τῶν ἱππέων τῶν Λυγκηστῶν ὁπλιτῶν καὶ ἑτοίμων ὄντων μάχεσθαι, ἀντεπαγαγόντες καὶ αὐτοὶ ξυνέβαλον, καὶ ἔτρεψαν τοὺς Λυγκηστάς, καὶ πολλοὺς μὲν διέφθειραν, οἱ δὲ λοιποὶ διαφεύγοντες πρὸς τὰ μετέωρα ἡσύχαζον. (4) Μετὰ δὲ τοῦτο τροπαῖον στήσαντες δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἐπέσχον, τοὺς Ἰλλυριοὺς μένοντες, οἳ ἔτυχον τῷ Περδίκκᾳ μισθοῦ μέλλοντες ἥξειν· ἔπειτα ὁ Περδίκκας ἐβούλετο προϊέναι ἐπὶ τὰς τοῦ Ἀρριβαίου κώμας καὶ μὴ καθῆσθαι, Βρασίδας δὲ τῆς τε Μένδης περιορώμενος μὴ τῶν Ἀθηναίων πρότερον ἐπιπλευσάντων τι πάθῃ, καὶ ἅμα τῶν Ἰλλυριῶν οὐ παρόντων, οὐ πρόθυμος ἦν, ἀλλὰ ἀναχωρεῖν μᾶλλον.

CXXV. Καὶ ἐν τούτῳ διαφερομένων αὐτῶν ἠγγέλθη ὅτι οἱ Ἰλλυριοὶ μετ' Ἀρριβαίου προδόντες Περδίκκαν γεγένηνται· ὥστε ἤδη ἀμφοτέροις μὲν δοκοῦν ἀναχωρεῖν διὰ τὸ δέος αὐτῶν ὄντων ἀνθρώπων μαχίμων, κυρωθὲν δὲ οὐδὲν ἐκ τῆς διαφορᾶς ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι, νυκτός τε ἐπιγενομένης, οἱ μὲν Μακεδόνες καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων εὐθὺς φοβηθέντες, ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι, καὶ νομίσαντες πολλαπλασίους μὲν ἢ ἦλθον ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὔπω παρεῖναι, καταστάντες ἐς αἰφνίδιον φυγὴν ἐχώρουν ἐπ' οἴκου, καὶ τὸν Περδίκκαν τὸ πρῶτον οὐκ αἰσθανόμενον, ὡς ἔγνω, ἠνάγκασαν πρὶν τὸν Βρασίδαν ἰδεῖν (ἄποθεν γὰρ πολὺ ἀλλήλων ἐστρατοπεδεύοντο) προαπελθεῖν. (2) Βρασίδας δὲ ἅμα τῇ ἕῳ ὡς εἶδε τοὺς Μακεδόνας προκεχωρηκότας τούς τε Ἰλλυριοὺς καὶ τὸν Ἀρριβαῖον μέλλοντας ἐπιέναι, ξυναγαγὼν καὶ αὐτὸς ἐς τετράγωνον τάξιν τοὺς ὁπλίτας καὶ τὸν ψιλὸν ὅμιλον ἐς μέσον λαβὼν διενοεῖτο ἀναχωρεῖν. (3) Ἐκδρόμους δέ, εἴ πῃ προσβάλλοιεν αὐτοῖς, ἔταξε τοὺς νεωτάτους, καὶ αὐτὸς λογάδας ἔχων τριακοσίους τελευταῖος γνώμην εἶχεν ὑποχωρῶν τοῖς τῶν ἐναντίων πρώτοις προσκεισομένοις ἀνθιστάμενος ἀμύνεσθαι. (4) Καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐγγὺς εἶναι, ὡς διὰ ταχέων παρεκελεύσατο τοῖς στρατιώταις τοιάδε.

CXXVI. « Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον, ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ὑμᾶς τῷ τε μεμονῶσθαι καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες καὶ πολλοὶ ἔκπληξιν ἔχειν, οὐκ ἂν ὁμοίως διδαχὴν ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐποιούμην· νῦν δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόλειψιν τῶν ἡμετέρων καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων βραχεῖ ὑπομνήματι καὶ παραινέσει τὰ μέγιστα πειράσομαι πείθειν. (2) Ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια οὐ διὰ ξυμμάχων παρουσίαν ἑκάστοτε ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀρετήν, καὶ μηδὲν πλῆθος πεφοβῆσθαι ἑτέρων, οἵ γε μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων ἥκετε, ἐν αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους, οὐκ ἄλλῳ τινὶ κτησάμενοι τὴν δυναστείαν ἢ τῷ μαχόμενοι κρατεῖν. (3) Βαρβάρους δέ, οὓς νῦν ἀπειρίᾳ δέδιτε, μαθεῖν χρή, ἐξ ὧν τε προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν καὶ ἀφ' ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε καὶ ἄλλων ἀκοῇ ἐπίσταμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. (4) Καὶ γὰρ ὅσα μὲν τῷ ὄντι ἀσθενῆ ὄντα

commiserunt, deinde vero et Brasidas et Perdiccas, quum Lyncestarum gravis armaturæ milites cum equitibus ex suo colle priores processissent, et ad prœlium committendum essent parati, et ipsi vicissim suis copiis adversus eos productis conflixerunt et Lyncestas fugarunt, et multos quidem interfecerunt, ceteri vero in editiora loca fuga perlapsi quiescebant. (4) Postea vero erecto tropæo biduum triduumve substiterunt opperientes Illyrios, qui a Perdicca mercede conducti tum forte venturi erant; deinde Perdiccas adversus Arrhibæi pagos progredi, neque desidere volebat, Brasidas vero de Mende solicitus, ne si prius Athenienses infesta classe illuc appulissent, aliquam cladem acciperet, et simul quod Illyrii non adessent, non ad progrediendum, sed ad regrediendum potius erat animo paratus.

CXXV. Interea vero dum ipsi inter se contendunt, nunciatum est Illyrios, prodito Perdicca, cum Arrhibæo se conjunxisse. Quare quum utrisque propter eorum metum, quod essent homines bellicosi, recedere jam placeret, sed a contentione nihil certi constitutum esset, quando inde discedendum esset, quumque nox intervenisset, Macedones quidem et barbarorum multitudo, subito timore perculsi, id quod magnis exercitibus contingere consuevit, ut incertis de causis animis consternentur, et existimantes, longe plures hostes contra se venire, quam reapse veniebant, ac jam jamque adfore, se in repentinam fugam conjicientes domum tendebant, et Perdiccam, qui rem initio non senserat, ubi rescivit, antequam Brasidam videret (alter enim ab altero castra valde procul habebat), ocius abire coegerunt. (2) Brasidas vero simul ac dies illuxit, quum animadvertisset Macedones jam discessisse, atque Illyrios et Arrhibæum contra se venturos, ipse quoque gravis armaturæ militibus in agmen quadratum coactis et levis armaturæ militibus in medium agmen receptis recedere cogitabat. (3) Juniores autem disposuit ad excursiones faciendas, siqua hostes se invaderent, ipse vero cum delecta trecentorum manu in animo habebat postremus subsequens et hostium primis, qui impressionem in suos facturi erant, resistens se defendere. (4) Et antequam hostes appropinquarent, pro temporis angustiis milites suos adhortatus est his fere verbis :

CXXVI. « Nisi ego suspicarer, viri Peloponnesii, terrore vos esse perculsos, tum quod soli derelicti simus, tum etiam quod barbari sunt iique magno numero, qui contra nos veniunt, non item vos docerem pariter in adhortando; nunc vero quod ad nostrorum desertionem et ad hostium multitudinem attinet, vobis, quæ maxima sunt, brevi admonitione et adhortatione persuadere conabor. (2) Strenuos enim vos esse in rebus bellicis convenit non propter socios, quoties adsunt, sed propter propriam virtutem, nec ullam aliorum multitudinem extimescere, quippe qui venitis ex ejusmodi rebuspublicis, in quibus non multi paucis, sed potius pauciores pluribus imperant, nulla illi alia ratione principatum adepti, quam prœliando superantes. (3) Barbaros autem, quos nunc propter ignorationem formidatis, quum ex certaminibus, quæ antea cum iis inter illos, qui Macedones sunt, habuistis, tum ex iis, quæ ego partim conjectura, partim fama intelligo, scire debetis non fore formidabiles. (4)

τῶν πολεμίων δόκησιν ἔχει ἰσχύος, διδαχὴ ἀληθὴς προσγενομένη περὶ αὐτῶν ἐθάρσυνε μᾶλλον τοὺς ἀμυνομένους· οἷς δὲ βεβαίως τι πρόσεστιν ἀγαθόν, μὴ προειδώς τις ἂν αὐτοῖς τολμηρότερον προσφέροιτο. (5) Οὗτοι δὲ τὴν μέλλησιν μὲν ἔχουσι τοῖς ἀπείροις φοβεράν· καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοὶ καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, ἥ τε διὰ κενῆς ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς. Προσμῖξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὰ οὐχ ὁμοῖοι· οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι, ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει. Αὐτοκράτωρ δὲ μάχη μάλιστ' ἂν καὶ πρόφασιν τοῦ σώζεσθαί τινι πρεπόντως πορίσειεν. Τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ὑμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται· ἐκείνῳ γὰρ ἂν πρὸ τούτου ἐχρῶντο. (6) Σαφῶς τε πᾶν τὸ προϋπάρχον δεινὸν ἀπ' αὐτῶν ὁρᾶτε ἔργῳ μὲν βραχὺ ὄν, ὄψει δὲ καὶ ἀκοῇ κατασπέρχον. Ὃ ὑπομείναντες ἐπιφερόμενον, καὶ ὅταν καιρὸς ᾖ, κόσμῳ καὶ τάξει αὖθις ὑπαγαγόντες, ἔς τε τὸ ἀσφαλὲς θᾶσσον ἀφίξεσθε, καὶ γνώσεσθε τὸ λοιπὸν ὅτι οἱ τοιοῦτοι ὄχλοι τοῖς μὲν τὴν πρώτην ἔφοδον δεξαμένοις ἄποθεν ἀπειλαῖς τὸ ἀνδρεῖον μελλήσει ἐπικομποῦσιν, οἳ δ' ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς, κατὰ πόδας τὸ εὔψυχον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὀξεῖς ἐνδείκνυνται. »

CXXVII. Τοιαῦτα ὁ Βρασίδας παραινέσας ὑπῆγε τὸ στράτευμα. Οἱ δὲ βάρβαροι ἰδόντες πολλῇ βοῇ καὶ θορύβῳ προσέκειντο, νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαφθείρειν. (2) Καὶ ὡς αὐτοῖς αἵ τε ἐκδρομαὶ ὅπῃ προσπίπτοιεν ἀπήντων, καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς λογάδας ἐπικειμένους ὑφίστατο, τῇ τε πρώτῃ ὁρμῇ παρὰ γνώμην ἀντέστησαν καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιφερομένους μὲν δεχόμενοι ἠμύνοντο ἡσυχαζόντων δὲ αὐτοὶ ὑπεχώρουν, τότε δὴ τῶν μετὰ τοῦ Βρασίδου Ἑλλήνων ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἀπέσχοντο, μέρος δέ τι καταλιπόντες αὐτοῖς ἐπακολουθοῦν προσβάλλειν, οἱ λοιποὶ χωρήσαντες δρόμῳ ἐπί τε τοὺς φεύγοντας τῶν Μακεδόνων, οἷς ἐντύχοιεν, ἔκτεινον, καὶ τὴν ἐσβολήν, ἥ ἐστι μεταξὺ δυοῖν λόφοιν στενὴ ἐς τὴν Ἀρριβαίου, φθάσαντες προκατέλαβον, εἰδότες οὐκ οὖσαν ἄλλην τῷ Βρασίδᾳ ἀναχώρησιν. Καὶ προσιόντος αὐτοῦ ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ κυκλοῦνται ὡς ἀποληψόμενοι.

CXXVIII. Ὁ δὲ γνοὺς προεῖπε τοῖς μεθ' αὑτοῦ τριακοσίοις, ὃν ᾤετο μᾶλλον ἂν ἑλεῖν τῶν λόφων, χωρήσαντας πρὸς αὐτὸν δρόμῳ, ὡς τάχιστα ἕκαστος δύναται, ἄνευ τάξεως, πειρᾶσαι ἀπ' αὐτοῦ ἐκκροῦσαι τοὺς ἤδη ἐπιόντας βαρβάρους, πρὶν καὶ τὴν πλείονα κύκλωσιν σφῶν αὐτόσε προσμῖξαι. (2) Καὶ οἱ μὲν προσπεσόντες ἐκράτησάν τε τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, καὶ ἡ πλείων ἤδη στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ῥᾷον πρὸς αὐτὸν ἐπορεύοντο· οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἐφοβήθησαν τῆς τροπῆς αὐτοῖς ἐνταῦθα γενομένης σφῶν ἀπὸ τοῦ μετεώρου, καὶ ἐς τὸ πλεῖον οὐκέτ' ἐπηκολούθουν, νομίζοντες καὶ ἐν μεθορίοις εἶναι αὐτοὺς ἤδη καὶ διαπεφευγέναι. (3)

Etenim quæcumque in hostibus quum re vera infirma sint, roboris tamen speciem habent, si vera de illis experientia accedat, adversarios magis confirmant; quibus vero aliqua fortitudo constanter adest, si quis eam ante non noverit, in eos audacius feratur. (5) Isti vero quamdiu nondum prœlium ineunt, illis sunt formidabiles, qui eos non sunt experti; nam et ipso multitudinis aspectu sunt terribiles, et vociferationis magnitudine sunt intolerabiles, et inanis illa armorum concussio quandam minarum significationem habet. Sed in ipso conflictu adversus eos, qui res istas fortiter sustinent, haud tales se præstant; quum enim nullum ordinem habeant, haudquaquam eos pudebit locum deserere, si premantur, et quum fuga æque honesta et gloriosa ipsis videatur atque aggressio, etiam fortitudinem relinquit incertam. Pugna autem, in qua unusquisque rem arbitratu suo gerit, cuivis etiam salutis sub decora specie quærendæ occasionem facillime præbeat. Tutiusque existimant, nos sine periculo suo terrefacere, quam nobiscum ad manus venire; alioquin enim hac potius quam illa ratione uterentur. (6) Denique quicquid terroris hactenus vobis ab iis incussum est, manifeste videtis re quidem ipsa leve esse, sed aspectu tantum et auditu incessere. Quod ingruens si sustinueritis, et quum tempus fuerit, militari disciplina ordinibusque servatis, retro vos subduxeritis, et in loca tuta citius pervenietis, et cognoscetis in posterum, hujusmodi turbas illis quidem, qui primum impetum sustinuerint, inani minarum strepitu fortitudinem ante conflictum eminus ostentare, illis vero, qui ipsis cesserint, animi strenuitatem non nisi insequentes citra periculum acres exhibere. »

CXXVII. Brasidas suos his verbis adhortatus, exercitum pedetentim reducebat. Barbari autem hoc animadverso magna vociferatione ac tumultu ingruebant, existimantes eum fugere, et a se, si eum assecuti essent, interfectum iri. (2) Sed quum et excursores, quacunque impressionem facerent, iis occurrerent, et ipse cum delecta manu eos invadentes sustineret, ac præter ipsorum opinionem adversus primum impetum restitissent, et quum deinceps ipsorum quidem irruentium impetum excipientes propulsarent, ipsis vero cessantibus pedem referrent, tunc vero plerique barbarorum a Græcis, qui cum Brasida in locis patentibus erant, abstinuerunt, sed quadam suarum copiarum parte relicta, quæ eos abeuntes insectaretur, ceteri cursu contenderunt in fugientes Macedones, quorum ut in quemque incidebant, eum trucidabant, et angustas fauces inter duos colles sitas, qua patet aditus in Arrhibæi fines, ocius præoccuparunt, quia sciebant, nullam aliam esse viam, qua Brasidas se recipere posset. Atque quum accederet jam ad ipsam transitus difficultatem ut intercepturi circumsistunt.

CXXVIII. Ille vero, hac re cognita, trecentis illis, quos secum ducebat, præcepit, ut in eum collem, quem facilius a se captum iri putabat, cursu contendentes, quanta maxima quisque celeritate posset, nullo ordine servato barbaros jam contra se venientes illinc deturbare conarentur, priusquam major numerus barbarorum, qui suos circumventurus erat, eo conflueret. (2) Atque illi quidem eos qui in colle erant, impressione facta superarunt, atque reliquus Græcorum exercitus in eum collem jam facilius ibat; barbari enim territi sunt, suis illic in fugam ex editiore loco dejectis, nec ulterius Græcos sunt persecuti, quod eos in agri amici confiniis jam esse, et evasisse arbitrarentur. (3)

Βρασίδας δὲ ὡς ἀντελάβετο τῶν μετεώρων, κατὰ ἀσφάλειαν μᾶλλον ἰὼν αὐθημερὸν ἀφικνεῖται ἐς Ἄρνισσαν πρῶτον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς. (4) Καὶ αὐτοὶ ὀργιζόμενοι οἱ στρατιῶται τῇ προαναχωρήσει τῶν Μακεδόνων, ὅσοις ἐνέτυχον κατὰ τὴν ὁδὸν ζεύγεσιν αὐτῶν βοεικοῖς, ἢ εἴ τινι σκεύει ἐκπεπτωκότι, οἷα ἐν νυκτερινῇ καὶ φοβερᾷ ἀναχωρήσει εἰκὸς ἦν ξυμβῆναι, τὰ μὲν ὑπολύοντες κατέκοπτον, τῶν δὲ οἰκείωσιν ἐποιοῦντο. (5) Ἀπὸ τούτου τε πρῶτον Περδίκκας Βρασίδαν τε πολέμιον ἐνόμισε καὶ ἐς τὸ λοιπὸν Πελοποννησίων τῇ μὲν γνώμῃ δι' Ἀθηναίους οὐ ξύνηθες μῖσος εἶχεν, τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστὰς ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται τῶν δὲ ἀπαλλάξεται.

CXXIX. Βρασίδας δὲ ἀναχωρήσας ἐκ Μακεδονίας ἐς Τορώνην καταλαμβάνει Ἀθηναίους Μένδην ἤδη ἔχοντας, καὶ αὐτοῦ ἡσυχάζων ἐς μὲν τὴν Παλλήνην ἀδύνατος ἤδη ἐνόμιζεν εἶναι διαβὰς τιμωρεῖν, τὴν δὲ Τορώνην ἐν φυλακῇ εἶχεν. (2) Ὑπὸ γὰρ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῖς ἐν τῇ Λύγκῳ ἐξέπλευσαν ἐπί τε τὴν Μένδην καὶ τὴν Σκιώνην οἱ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ παρεσκευάζοντο, ναυσὶ μὲν πεντήκοντα, ὧν ἦσαν δέκα Χῖαι, ὁπλίταις δὲ χιλίοις ἑαυτῶν καὶ τοξόταις ἑξακοσίοις καὶ Θρᾳξὶ μισθωτοῖς χιλίοις καὶ ἄλλοις τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων πελτασταῖς· ἐστρατήγει δὲ Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ Νικόστρατος ὁ Διιτρέφους. (3) Ἄραντες δὲ ἐκ Ποτιδαίας ταῖς ναυσὶ καὶ σχόντες κατὰ τὸ Ποσειδώνιον ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. Οἱ δ' αὐτοί τε καὶ Σκιωναίων τριακόσιοι βεβοηθηκότες Πελοποννησίων τε οἱ ἐπίκουροι, ξύμπαντες δὲ ἑπτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ Πολυδαμίδας ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἔτυχον ἐξεστρατοπεδευμένοι ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ λόφου καρτεροῦ. (4) Καὶ αὐτοῖς Νικίας μὲν Μεθωναίους τε ἔχων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ψιλοὺς καὶ λογάδας τῶν Ἀθηναίων ὁπλιτῶν ἑξήκοντα καὶ τοὺς τοξότας ἅπαντας κατὰ ἀτραπόν τινα τοῦ λόφου πειρώμενος προσβῆναι, καὶ τραυματιζόμενος ὑπ' αὐτῶν, οὐκ ἠδυνήθη βιάσασθαι· Νικόστρατος δὲ ἄλλῃ ἐφόδῳ ἐκ πλείονος παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἐπιὼν τῷ λόφῳ ὄντι δυσπροσβάτῳ καὶ πάνυ ἐθορυβήθη, καὶ ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι. (5) Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ὡς οὐκ ἐνέδοσαν οἱ Μενδαῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, οἱ Ἀθηναῖοι ἀναχωρήσαντες ἐστρατοπεδεύσαντο, καὶ οἱ Μενδαῖοι νυκτὸς ἐπελθούσης ἐς τὴν πόλιν ἀπῆλθον.

CXXX. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι περιπλεύσαντες ἐς τὸ πρὸς Σκιώνης τό τε προάστειον εἷλον καὶ τὴν ἡμέραν ἅπασαν ἐδῄουν τὴν γῆν οὐδενὸς ἐπεξιόντος (ἦν γάρ τι καὶ στασιασμοῦ ἐν τῇ πόλει), οἱ δὲ τριακόσιοι τῶν Σκιωναίων τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. (2) Καὶ τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικίας μὲν τῷ ἡμίσει τοῦ στρατοῦ προϊὼν ἅμα ἐς τὰ μεθόρια τῶν Σκιωναίων τὴν γῆν ἐδῄου, Νικόστρατος δὲ τοῖς λοιποῖς κατὰ τὰς ἄνω πύλας, ᾗ ἐπὶ Ποτιδαίας ἔρχονται, προσεκάθητο τῇ πόλει. (3) Ὁ δὲ Πολυδαμίδας (ἔτυχε γὰρ ταύτῃ τοῖς Μενδαίοις καὶ ἐπικούροις ἐντὸς

Brasidas autem, ubi loca superiora nactus est, iter tutius faciens, eodem die primum pervenit Arnissam in Perdiccæ imperio. (4) Ipsique milites irati, quod Macedones priores recesserant, ut in quæque incidebant inter eundum vel plaustra boum, quæ ad illos pertinebant, vel sarcinas, si quæ deciderant, ut in nocturno et pavoris pleno receptu contigisse credibile erat, illa quidem concidebant solventes, has vero sibi vendicabant. (5) Atque hinc primum Perdiccas Brasidam hostem judicavit, et in posterum animo concepit odium in Peloponnesios, non consuetum illud quidem propter Athenienses, sed necessariis suis commodis derelictis agebat, quo modo quam primum cum illis quidem compositionem faceret, ab his vero dissociaretur.

CXXIX. Brasidas vero ex Macedonia Toronen reversus, offendit Menden ab Atheniensibus jam occupatam. Ibique subsidens in Pallenen quidem propter virium imbecillitatem ad opem ferendam tunc se trajicere non posse ducebat, sed Toronen præsidio tuebatur. (2) Nam sub idem tempus, quo res apud Lyncum gestæ sunt, Athenienses navalem expeditionem adversus Menden et Scionen susceperunt, ad quam se prius accingebant, cum quinquaginta navibus, quarum decem erant Chiæ, et cum mille gravis armaturæ militibus de suis popularibus, et sexcentis sagittariis, et mille Thracibus mercede conductis, aliisque peltatis, quos illinc ex suis sociis collegerant; præerat autem Nicias Nicerati, et Nicostratus Diitrephis filius. (3) Quum autem a Potidæa cum classe solvissent, et ad eam partem appulissent, ubi erat Neptuni templum, adversus Mendæos contendebant. Hi autem et ipsi et Scionæorum trecenti, qui iis auxilio venerant, et Peloponnesiorum auxiliarii milites, universi septingenti gravis armaturæ milites, et Polydamidas ipsorum dux, extra urbem in colle natura munito castra posuerant. (4) Et Nicias quidem cum centum et viginti Methonæis expeditis et delectis sexaginta gravis armaturæ militibus Atheniensibus omnibusque sagittariis, quos secum ducebat, per quandam collis semitam ad illos accedere conatus, sed ab iis vulneratus, deturbare eos vi non potuit; Nicostratus vero quum alio itinere a longiore intervallo cum omni reliquo exercitu collem accessu difficilem subiret, vehementissime conturbatus est paulumque abfuit, quin totus Atheniensium exercitus vinceretur. (5) Atque eo quidem die, quum Mendæi eorumque socii loco non cessissent, Athenienses illinc regressi castra metati sunt, et Mendæi quum nox advenisset, in urbem abierunt.

CXXX. Postridie vero Athenienses quidem classe circumvecti ad eam partem, quæ Scionen spectabat, et suburbana ceperunt, totumque diem illum in agro vastando consumpserunt, nullo contra prodeunte (erat enim et nonnihil seditionis intra urbem), illi vero trecenti Scionæi proxima nocte domum abierunt. (2) Postridie autem Nicias quidem uno eodemque tempore cum dimidio copiarum parte ad confinia progressus Scionæorum agrum vastabat, Nicostratus vero cum reliquis copiis a superioribus portis, qua Potidæam itur, urbem obsidebat. (3) Polydamidas autem (forte enim ad hanc urbis partem intra muros stationem habebant Men-

τοῦ τείχους τὰ ὅπλα κείμενα) διατάσσει τε ὡς ἐς μάχην, καὶ παρῄνει τοῖς Μενδαίοις ἐπεξιέναι. (4) Καί τινος αὐτῷ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου ἀντειπόντος κατὰ τὸ στασιωτικὸν ὅτι οὐκ ἐπέξεισιν οὐδὲ δέοιτο πολεμεῖν, καὶ ὡς ἀντεῖπεν ἐπισπασθέντος τῇ χειρὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ θορυβηθέντος, ὁ δῆμος εὐθὺς ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα περιοργὴς ἐχώρει ἐπί τε Πελοποννησίους καὶ τοὺς τὰ ἐναντία σφίσι μετ' αὐτῶν πράξαντας. (5) Καὶ προσπεσόντες τρέπουσιν, ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ, ἅμα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων φοβηθέντων· ᾠήθησαν γὰρ ἀπὸ προειρημένου τινὸς αὐτοῖς τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι. (6) Καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ὅσοι μὴ αὐτίκα διεφθάρησαν, κατέφυγον, ἥνπερ καὶ τὸ πρότερον αὐτοὶ εἶχον· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ἤδη γὰρ καὶ ὁ Νικίας ἐπαναστρέψας πρὸς τῇ πόλει ἦν) ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μένδην πόλιν ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ, ὡς κατὰ κράτος ἑλόντες διήρπασαν, καὶ μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφθείρεσθαι. (7) Καὶ τοὺς μὲν Μενδαίους μετὰ ταῦτα πολιτεύειν ἐκέλευον ὥσπερ εἰώθεσαν, αὐτοὺς κρίναντας ἐν σφίσιν αὐτοῖς εἴ τινας ἡγοῦνται αἰτίους εἶναι τῆς ἀποστάσεως· τοὺς δ' ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀπετείχισαν ἑκατέρωθεν τείχει ἐς θάλασσαν, καὶ φυλακὴν ἐπεκαθίσαντο. Ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ τὴν Μένδην κατέσχον, ἐπὶ τὴν Σκιώνην ἐχώρουν.

CXXXI. Οἱ δὲ ἀντεπεξελθόντες αὐτοὶ καὶ Πελοποννήσιοι ἱδρύθησαν ἐπὶ λόφου καρτεροῦ πρὸ τῆς πόλεως, ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις. (2) Προσβαλόντες δ' αὐτῷ κατὰ κράτος οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ μάχῃ ἐκκρούσαντες τοὺς ἐπόντας, ἐστρατοπεδεύσαντό τε καὶ ἐς τὸν περιτειχισμὸν τροπαῖον στήσαντες παρεσκευάζοντο. (3) Καὶ αὐτῶν οὐ πολὺ ὕστερον ἤδη ἐν ἔργῳ ὄντων οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐν τῇ Μένδῃ πολιορκούμενοι ἐπίκουροι βιασάμενοι παρὰ θάλασσαν τὴν φυλακὴν νυκτὸς ἀφικνοῦνται, καὶ διαφυγόντες οἱ πλεῖστοι τὸ ἐπὶ τῇ Σκιώνῃ στρατόπεδον ἐσῆλθον ἐς αὐτήν.

CXXXII. Περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης Περδίκκας τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυκευσάμενος ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διὰ τὴν τοῦ Βρασίδου ἔχθραν περὶ τῆς ἐκ τῆς Λύγκου ἀναχωρήσεως, εὐθὺς τότε ἀρξάμενος πράσσειν. (2) Καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγόρας ὁ Λακεδαιμόνιος στρατιὰν μέλλων πεζῇ πορεύσειν ὡς Βρασίδαν· ὁ δὲ Περδίκκας ἅμα μὲν κελεύοντος τοῦ Νικίου, ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει, ἔνδηλόν τι ποιεῖν τοῖς Ἀθηναίοις βεβαιότητος πέρι, ἅμα δ' αὐτὸς οὐκέτι βουλόμενος Πελοποννησίους ἐς τὴν αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι, παρασκευάσας τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ ξένους, χρώμενος ἀεὶ τοῖς πρώτοις, διεκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευήν, ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν. (3) Ἰσχαγόρας μέντοι καὶ Ἀμεινίας καὶ Ἀριστεὺς αὐτοί τε ὡς Βρασίδαν ἀφίκοντο, ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ πράγματα, καὶ τῶν ἡβώντων αὐτῶν παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης ὥστε τῶν πό-

dæi et auxiliarii) eos ut ad prœlium instruit, et Mendæis suadebat, ut eruptionem facerent. (4) Et quum quidam e populo ob seditionis studium ei contradixisset, nec eruptionem se facturum nec prœlio opus ducere, quumque, simul atque contradixit, ab ipso manu pertractus ac perturbatus esset, populus ira protinus incensus armis sumptis tendit quum in Peloponnesios, tum in eos, qui cum ipsis contra se egerant. (5) Impetuque facto in fugam eos vertunt tum ob repentinum certamen, tum ob metum Atheniensium, quibus portæ aperiebantur; existimarunt enim ex aliquo compacto hanc impressionem ab illis in se factam esse. (6) Atque illi quidem, quotquot non statim cæsi sunt, in arcem confugerunt, quam ipsi etiam antea tenebant; Athenienses vero (jam enim et Nicias reversus ad urbem erat) cum omnibus copiis irruentes in urbem Menden, quippe quæ non ex conventu aperta esset, eam ut expugnatam diripuerunt, et ægre duces cohibere potuerunt milites, quin homines etiam trucidarent. (7) Et Mendæos quidem jubent eodem reipublicæ statu uti, quo consueverant, ita tamen, ut ipsi inter se quæstionem haberent, si quos defectionis auctores fuisse censerent; illos vero, qui in arce erant, muro utrinque usque ad mare ducto circumvallarunt, et præsidium in eo imposuerunt. Postquam autem Menden in suam potestatem redegerunt, adversus Scionem iverunt.

CXXXI. Oppidani vero quum ipsi, tum Peloponnesii, obviam illis progressi, in colle natura munito ante urbem conséderunt, quem si non occuparent, hostes ipsos circumvallare non poterant. (2) Athenienses autem eum strenue aggressi, prœlio dejectis iis, qui ibi erant, castra posuerunt et erecto tropæo se ad urbem circumvallandam parabant. (3) Nec multo post, quum in eo jam opere occuparentur, auxiliarii Peloponnesiorum milites, qui Mendæ in arce obsidebantur, superatis hostium custodibus, qui ad mare erant, noctu adveniunt, et plerique per media Atheniensium castra ad Scionen posita elapsi in eam sunt ingressi.

CXXXII. Dum autem Scione circumvallatur, Perdiccas per caduceatores, quos misit ad Atheniensium duces, compositionem cum Atheniensibus fecit, odio contra Brasidam concepto propter discessum ex Lynco, quod jam tum statim temptare cœperat. (2) Tunc enim forte Ischagoras Lacedæmonius exercitum ad Brasidam itinere pedestri deducturus erat; Perdiccas vero partim quidem Nicia jubente, ut, quando quidem compositionem fecisset, manifestam aliquam constantiæ suæ significationem Atheniensibus daret, partim vero quod et ipse Peloponnesios in suum agrum amplius venire nollet, subornatis ad id suis in Thessalia hospitibus, quod primorum semper hospitio uteretur, Peloponnesiorum copias et apparatum impedivit, ita ut Thessalos ne temptare quidem voluerint. (3) Ischagoras tamen et Aminias et Aristeus quum ipsi ad Brasidam pervenerunt, a Lacedæmoniis ad res inspiciendas missi, tum etiam eorum qui apud illos adolescentes sunt, contra leges quosdam tamquam viros

λεων ἄρχοντας καθιστάναι καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν. Καὶ Κλεαρίδαν μὲν τὸν Κλεωνύμου καθίστησιν ἐν Ἀμφιπόλει, Ἐπιτελίδαν δὲ τὸν Ἡγησάνδρου ἐν Τορώνῃ.

CXXXIII. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιεῖλον, ἐπικαλέσαντες ἀττικισμόν, βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεί, παρεστηκὸς δὲ ῥᾷον ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους μάχῃ ὅ τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει. (2) Καὶ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας τοῦ αὐτοῦ θέρους ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας λύχνον τινὰ θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ στέμματα καὶ ἐπικαταδαρθούσης, ὥστε ἔλαθεν ἀφθέντα πάντα καὶ καταφλεχθέντα. (3) Καὶ ἡ Χρυσὶς μὲν εὐθὺς τῆς νυκτὸς δείσασα τοὺς Ἀργείους ἐς Φλιοῦντα φεύγει· οἱ δὲ ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ προκειμένου κατεστήσαντο Φαεινίδα ὄνομα. Ἔτη δὲ ἡ Χρυσὶς τοῦ πολέμου τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτώ, καὶ ἔνατον ἐκ μέσου, ὅτε ἐπεφεύγει. (4) Καὶ ἡ Σκιώνη τοῦ θέρους ἤδη τελευτῶντος περιετετείχιστό τε παντελῶς, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπ' αὐτῇ φυλακὴν καταλιπόντες ἀνεχώρησαν τῷ ἄλλῳ στρατῷ.

CXXXIV. Ἐν δὲ τῷ ἐπιόντι χειμῶνι τὰ μὲν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἡσύχαζε διὰ τὴν ἐκεχειρίαν, Μαντινῆς δὲ καὶ Τεγεᾶται καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέβαλον ἐν Λαοδικίῳ τῆς Ὀρεσθίδος, καὶ νίκη ἀμφιδήριτος ἐγένετο· κέρας γὰρ ἑκάτεροι τρέψαντες τὸ καθ' αὑτοὺς τροπαῖά τε ἀμφότεροι ἔστησαν καὶ σκῦλα ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν. (2) Διαφθαρέντων μέντοι πολλῶν ἑκατέροις καὶ ἀγχωμάλου τῆς μάχης γενομένης καὶ ἀφελομένης νυκτὸς τὸ ἔργον οἱ Τεγεᾶται μὲν ἐπηυλίσαντό τε καὶ εὐθὺς ἔστησαν τροπαῖον, Μαντινῆς δὲ ἀπεχώρησάν τε ἐς Βουκολίωνα καὶ ὕστερον ἀντέστησαν.

CXXXV. Ἀπεπείρασε δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη Ποτιδαίας. Προσελθὼν γὰρ νυκτὸς καὶ κλίμακα προσθεὶς μέχρι μὲν τούτου ἔλαθεν· τοῦ γὰρ κώδωνος παρενεχθέντος οὕτως ἐς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν παραδιδόντα αὐτόν, ἡ πρόσθεσις ἐγένετο· ἔπειτα μέντοι εὐθὺς αἰσθομένων, πρὶν προσβῆναι, ἀπήγαγε πάλιν κατὰ τάχος τὴν στρατιὰν καὶ οὐκ ἀνέμεινεν ἡμέραν γενέσθαι. (2) Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἔνατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.

Sparta secum eduxerunt, ut eos civitatibus præficerent, neque eas iis, qui forte adessent, permitterent. Et Clearidam quidem Cleonymi filium Amphipoli præfecit, Epitelidam vero Hegesandri filium Toronæ.

CXXXIII. Eadem æstate Thebani muros Thespiensium diruerunt, crimini dantes Atticarum partium studium, quod illi quum semper facere vellent, tunc contigit, ut facilius possent, postquam in pugna cum Atheniensibus commissa omnis illorum juventutis flos peri erat. (2) Templum quoque Junonis eadem æstate Argis crematum est, quod Chrysis sacerdos lucernam quandam vittis admovisset incensam, et interim somno correpta esset; unde accidit, ut ea non sentiente omnia accensa conflagrarent. (3) Atque Chrysis quidem metuens Argivos protinus illa nocte Phliuntem confugit; illi vero aliam sacerdotem, nomine Phaenidem, ex civitatis instituto constituerunt. Chrysis autem octavum hujus belli annum, et nonum medium attigerat, quum profugit. (4) Et Scione æstate jam extrema penitus circumvallata erat, et Athenienses præsidio adversus eam relicto cum reliquis copiis domum abierunt.

CXXXIV. In sequente hieme Athenienses quidem et Lacedæmonii quieverunt propter inducias; sed Mantinenses et Tegeatæ et utrorumque socii ad Laodicium, quæ est in Oresthide, conflixerunt, et victoria anceps exstitit, utrique enim cornu sibi opposito in fugam verso tropæum erexerunt, et Delphos spolia miserunt. (2) Quum tamen utrinque multi cæsi essent, et eventus anceps fuisset noxque prœlium diremisset, Tegeatæ quidem in loco pernoctarunt, statimque tropæum excitarunt, Mantinenses vero ad Bucolionem discesserunt, et postea vicissim et ipsi tropæum statuerunt.

CXXXV. Eadem hieme exeunte et vere jam appropinquante, Brasidas Potidæam temptavit. Quum enim noctu accessisset et scalam muris admovisset, hactenus quidem custodes latuit; quum enim tintinnabulum præteriisset, ita demum ad vacuum murorum spatium inter duas stationes interjectum, antequam ille, qui tintinnabulum alteri traditurus erat, rediisset, scalæ admotæ sunt, deinde tamen quum custodes statim strepitum sensissent, priusquam accederet, exercitum celeriter retro reduxit, nec exspectavit, donec dies illucesceret. (2) Atque hæc hiems finiebatur hujusque belli nonus annus finiebatur, quod Thucydides conscripsit.

ΒΙΒΛΙΟΝ Ε.

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων, καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν ἐκ Δήλου, ἡγησάμενοι κατὰ παλαιάν τινα αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι, καὶ ἅμα ἐλλιπὲς σφίσιν εἶναι τοῦτο τῆς καθάρσεως, ᾗ πρότερόν μοι δεδήλωται ὡς ἀνελόντες τὰς θήκας τῶν τεθνεώτων ὀρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι. Καὶ οἱ μὲν Δήλιοι Ἀτραμύττιον Φαρνάκου δόντος αὐτοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ᾤκησαν, οὕτως ὡς ἕκαστος ὥρμητο.

II. Κλέων δὲ Ἀθηναίους πείσας ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν, Ἀθηναίων μὲν ὁπλίτας ἔχων διακοσίους καὶ χιλίους καὶ ἱππέας τριακοσίους, τῶν δὲ ξυμμάχων πλείους, ναῦς δὲ τριάκοντα. (2) Σχὼν δὲ ἐς Σκιώνην πρῶτον ἔτι πολιορκουμένην, καὶ προσλαβὼν αὐτόθεν ὁπλίτας τῶν φρουρῶν, κατέπλευσεν ἐς τὸν Κολοφωνίων λιμένα τῶν Τορωναίων ἀπέχοντα οὐ πολὺ τῆς πόλεως. (3) Ἐκ δ' αὐτοῦ, αἰσθόμενος ὑπ' αὐτομόλων ὅτι οὔτε Βρασίδας ἐν τῇ Τορώνῃ οὔτε οἱ ἐνόντες ἀξιόμαχοι εἶεν, τῇ μὲν στρατιᾷ τῇ πεζῇ ἐχώρει ἐς τὴν πόλιν, ναῦς δὲ περιέπεμψε δέκα ἐς τὸν λιμένα περιπλεῖν. (4) Καὶ πρὸς τὸ περιτείχισμα πρῶτον ἀφικνεῖται, ὃ προσπεριέβαλε τῇ πόλει ὁ Βρασίδας ἐντὸς βουλόμενος ποιῆσαι τὸ προάστειον, καὶ διελὼν τοῦ παλαιοῦ τείχους μίαν αὐτὴν ἐποίησε πόλιν.

III. Βοηθήσαντες δὲ ἐς αὐτὸ Πασιτελίδας τε ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων καὶ ἡ παροῦσα φυλακὴ προσβαλόντων τῶν Ἀθηναίων ἠμύνοντο. Καὶ ὡς ἐβιάζοντο καὶ αἱ νῆες ἅμα περιέπλεον ἐς τὸν λιμένα περιπεμφθεῖσαι, δείσας ὁ Πασιτελίδας μὴ αἵ τε νῆες φθάσωσι λαβοῦσαι ἐρῆμον τὴν πόλιν καὶ τοῦ τειχίσματος ἁλισκομένου ἐγκαταληφθῇ, ἀπολιπὼν αὐτὸ δρόμῳ ἐχώρει ἐς τὴν πόλιν. (2) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι φθάνουσιν οἵ τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἑλόντες τὴν Τορώνην, καὶ ὁ πεζὸς ἐπισπόμενος αὐτοβοεὶ κατὰ τὸ διῃρημένον τείχους τοῦ παλαιοῦ ξυνεσπεσών. Καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν τῶν Πελοποννησίων καὶ Τορωναίων εὐθὺς ἐν χερσί, τοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβον, καὶ Πασιτελίδαν τὸν ἄρχοντα. (3) Βρασίδας δὲ ἐβοήθει μὲν τῇ Τορώνῃ, αἰσθόμενος δὲ καθ' ὁδὸν ἑαλωκυῖαν ἀνεχώρησεν, ἀποσχὼν τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους μὴ φθάσαι ἐλθών. (4) Ὁ δὲ Κλέων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖά τε ἔστησαν δύο, τὸ μὲν κατὰ τὸν λιμένα τὸ δὲ πρὸς τῷ τειχίσματι, καὶ τῶν Τορωναίων γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας ἠνδραπόδισαν, αὐτοὺς δὲ καὶ Πελοποννησίους καὶ εἴ τις ἄλλος Χαλκιδέων ἦν, ξύμπαντας ἐς ἑπτακοσίους, ἀπέπεμψαν ἐς τὰς Ἀθήνας· καὶ αὐτοῖς τὸ μὲν Πελοποννήσιον ὕστερον ἐν ταῖς γενομέναις σπονδαῖς ἀπῆλθεν, τὸ δὲ ἄλλο ἐκομίσθη ὑπ'

LIBER V.

Insequente autem æstate induciæ in spatium annuum ad Pythia usque factæ solutæ erant, ac per illud induciarum tempus Athenienses e Delo Delios summoverunt, quod existimarunt, eos quum ob quoddam vetus piaculi crimen polluti essent, deo esse consecratos, et simul hanc sibi deesse partem expiationis, qua a me superius est declaratum ut sublatis defunctorum monumentis se recte fecisse censuerint. Atque Delii quidem Atramyttium in Asia situm, quod Pharnaces iis dedit, incoluerunt, prout quisque se eo conferre voluerat.

II. Cleo vero post exactas inducias quum rem Atheniensibus persuasisset, in Thraciam navigavit, secum ducens mille et ducentos gravis armaturæ milites Athenienses et trecentos equites, et ex sociis longe plures, naves autem triginta. (2) Qui quum primum ad Scionen appulisset, quæ adhuc obsidebatur, et quum illinc gravis armaturæ milites ex præsidiariis assumpsisset, in Colophoniorum portum, a Toronæorum urbe non multum distantem, navigavit. (3) Quum autem illic intellexisset ex transfugis, neque Brasidam Toronæ esse, neque eos, qui intus erant, ad resistendum pares esse, cum exercitu quidem pedestri ad urbem contendit, naves vero decem circummisit, ut in Torones portum circumveherentur. (4) Ac primum quidem venit ad munitionem, quam Brasidas urbi circumdederat, quod suburbana includere vellet, et diruta veteris muri parte unam urbem effecerat.

III. Quum autem Athenienses eam adorti essent, Pasitelidas Lacedæmonius dux et præsidium, quod illic aderat, ei succurrens, hostibus resistebant. Sed quum vi urgerentur, et simul naves, quæ circummissæ erant, in portum circumveherentur, Pasitelidas veritus, ne naves urbem desertam præoccuparent, et munitione capta ipse interciperetur, ea relicta cursu ad urbem contendit. (2) Sed antevertunt eum Athenienses et ii, qui navibus vehebantur, Torone præoccupata, et peditatus cum vociferatione e vestigio insecutus, et simul irrumpens per illam veteris muri partem, quæ diruta erat. Et Peloponnesios quidem ac Toronæos, qui repugnabant, statim interfecerunt, alios vero vivos ceperunt, inter quos et Pasitelidam ducem. (3) Brasidas vero veniebat quidem ad opem Toronæ ferendam, sed quum in itinere eam captam intellexisset, se illinc recepit, quum quidem quadraginta circiter stadiis abesset, quominus prior adesset. (4) At Cleo et Athenienses duo tropæa erexerunt, unum quidem in portu, alterum vero ad munitionem et Toronæorum quidem mulieres et liberos in servitutem abstraxerunt, ipsos vero, et Peloponnesios, et si quis alius Chalcidensium aderat, cunctos ad septingentos numero, Athenas miserunt; atque Peloponesii quidem postea, quum fœdus initum est, ab iis dimissi sunt, ceteri vero facta capitum permutatione, ut singulą

Ὀλυνθίων, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς λυθείς. (5) Εἷλον δὲ καὶ Πάνακτον Ἀθηναίων ἐν μεθορίοις τεῖχος Βοιωτοὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον προδοσίᾳ. (6) Καὶ ὁ μὲν Κλέων, φυλακὴν καταστησάμενος τῆς Τορώνης, ἄρας περιέπλει τὸν Ἄθων ὡς ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν.

IV. Φαίαξ δὲ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτὸς Ἀθηναίων πεμπόντων ναυσὶ δύο ἐς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πρεσβευτὴς ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέπλευσεν. (2) Λεοντῖνοι γὰρ ἀπελθόντων Ἀθηναίων ἐκ Σικελίας μετὰ τὴν ξύμβασιν πολίτας τε ἐπεγράψαντο πολλοὺς καὶ ὁ δῆμος τὴν γῆν ἐπενόει ἀναδάσασθαι. (3) Οἱ δὲ δυνατοὶ αἰσθόμενοι Συρακοσίους τε ἐπάγονται καὶ ἐκβάλλουσι τὸν δῆμον. Καὶ οἱ μὲν ἐπλανήθησαν ὡς ἕκαστοι, οἱ δὲ δυνατοὶ ὁμολογήσαντες Συρακοσίοις καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπόντες καὶ ἐρημώσαντες Συρακούσας ἐπὶ πολιτείᾳ ᾤκησαν. (4) Καὶ ὕστερον πάλιν αὐτῶν τινὲς διὰ τὸ μὴ ἀρέσκεσθαι ἀπολιπόντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν Φωκαίας τε τῆς πόλεώς τι τῆς Λεοντίνων χωρίον καλούμενον καταλαμβάνουσι καὶ Βρικιννίας ὃν ἔρυμα ἐν τῇ Λεοντίνῃ. Καὶ τῶν τοῦ δήμου τότε ἐκπεσόντων οἱ πολλοὶ ἦλθον ὡς αὐτούς, καὶ καταστάντες ἐκ τῶν τειχῶν ἐπολέμουν. (5) Ἃ πυνθανόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Φαίακα πέμπουσιν, εἴ πως πείσαντες τοὺς σφίσιν ὄντας αὐτόθι ξυμμάχους καὶ τοὺς ἄλλους, ἢν δύνωνται, Σικελιώτας κοινῇ ὡς Συρακοσίων δύναμιν περιποιουμένων ἐπιστρατεῦσαι, διασώσειαν τὸν δῆμον τῶν Λεοντίνων. (6) Ὁ δὲ Φαίαξ ἀφικόμενος τοὺς μὲν Καμαριναίους πείθει καὶ Ἀκραγαντίνους, ἐν δὲ Γέλᾳ ἀντιστάντος αὐτῷ τοῦ πράγματος οὐκέτι ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἔρχεται, αἰσθόμενος οὐκ ἂν πείθειν αὐτούς, ἀλλ' ἀναχωρήσας διὰ τῶν Σικελῶν ἐς Κατάνην, καὶ ἅμα ἐν τῇ παρόδῳ καὶ ἐς τὰς Βρικιννίας ἐλθὼν καὶ παραθαρσύνας, ἀπέπλει.

V. Ἐν δὲ τῇ παρακομιδῇ τῇ ἐς τὴν Σικελίαν καὶ πάλιν ἀναχωρήσει καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τισὶ πόλεσιν ἐχρημάτισε περὶ φιλίας τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ Λοκρῶν ἐντυγχάνει τοῖς ἐκ Μεσσήνης ἐποίκοις ἐκπεπτωκόσιν, οἳ μετὰ τὴν τῶν Σικελιωτῶν ὁμολογίαν στασιασάντων Μεσσηνίων καὶ ἐπαγαγομένων τῶν ἑτέρων Λοκροὺς ἔποικοι ἐξεπέμφθησαν, καὶ ἐγένετο Μεσσήνη Λοκρῶν τινὰ χρόνον. (2) Τούτοις οὖν ὁ Φαίαξ ἐντυχὼν τοῖς κομιζομένοις οὐκ ἠδίκησεν· ἐγεγένητο γὰρ τοῖς Λοκροῖς πρὸς αὐτὸν ὁμολογία ξυμβάσεως πέρι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. (3) Μόνοι γὰρ τῶν ξυμμάχων, ὅτε Σικελιῶται ξυνηλλάσσοντο, οὐκ ἐσπείσαντο Ἀθηναίοις· οὐδ' ἂν τότε, εἰ μὴ αὐτοὺς κατεῖχεν ὁ πρὸς Ἰτωνέας καὶ Μελαίους πόλεμος ὁμόρους τε ὄντας καὶ ἀποίκους. Καὶ ὁ μὲν Φαίαξ ἐς τὰς Ἀθήνας χρόνῳ ὕστερον ἀφίκετο.

VI. Ὁ δὲ Κλέων ὡς ἀπὸ τῆς Τορώνης τότε περιέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἠιόνος Σταγείρῳ μὲν προσβάλλει Ἀνδρίων ἀποικίᾳ, καὶ οὐχ εἷλεν, Γαληψὸν δὲ τὴν Θασίων ἀποικίαν λαμβάνει κατὰ κράτος. (2) Καὶ πέμψας ὡς Περδίκκαν πρέσβεις, ὅπως παραγένοιτο στρατιᾷ κατὰ τὸ ξυμμαχικόν, καὶ ἐς τὴν Θρᾴκην ἄλλους παρὰ Πολλῆν τὸν Ὀδομάντων βασιλέα,

pro singulis darentur, ab Olynthiis redempti sunt. (5) Sub idem tempus Bœoti Panactum Atheniensium castellum in confiniis situm per proditionem ceperunt. (6) Cleo autem præsidio Toronæ imposito, motis inde castris Athon montem classe circumvectus adversus Amphipolin ivit.

IV. Phæax vero Erasistrati filius cum duobus collegis ab Atheniensibus missus duabus navibus in Italiam atque Siciliam legatus sub idem tempus transmisit. (2) Quum enim Athenienses post compositionem inter Sicilienses factam ex Sicilia discessissent, Leontini multos ad civitatis jus admiserunt, et plebs agrum viritim dividere in animo habebat. (3) Sed potentes quum hoc sensissent, Syracusanos accersunt plebemque expellunt. Et illi quidem vagi erraverunt, quo quemque sors tulit; at potentes inito cum Syracusanis fœdere et urbe sua relicta et vastata, Syracusas civitate donati incoluerunt. (4) Postea vero quod præsentem rerum statum non probarent, relictis Syracusis locum quemdam Leontinorum urbis, nomine Phocæas, occuparunt, et Bricinnias, arcem in agro Leontino munitam. Et plebeiorum antea expulsorum permulti ad eos iverunt, et statim e loco munito bellum gerere cœperunt. (5) Quæ audientes Athenienses Phæacem mittunt, si quo modo adductis suis sociis, qui illic erant, ceterisque Siciliensibus, si possent, ad bellum communiter inferendum Syracusanis, qui potentiam sibi compararent, plebem Leontinam conservarent. (6) Phæax autem quum eo pervenisset, Camarinæis quidem et Acragantinis rem persuasit; Gelæ vero quum res ei non successisset, ad ceteros non item perrexit, quod intelligebat, se rem iis non persuasurum, sed per Siculos Catanam reversus, simul etiam obiter ad Bricinnias profectus, et adhortatus eos, ut bono essent animo, navibus discedebat.

V. Dum autem in Siciliam pervehitur, et rursus inde revertitur, etiam cum nonnullis Italiæ civitatibus egit de amicitia cum Atheniensibus ineunda; et incidit etiam in Locros, qui Messana, quam incoluerant, expulsi erant, et qui post compositionem inter Sicilienses factam, quum Messanenses seditione laborarent, et eorum altera factio Locros accivisset, coloni submissi sunt, et fuit Messana aliquandiu in Locrorum potestate. (2) In hos igitur quum Phæax domum redeuntes incidisset, eos nulla injuria affecit; Locri enim cum ipso transegerant de compositione cum Atheniensibus facienda. (3) Soli enim omnium sociorum, quo tempore Sicilienses gratiæ reconciliationem inter se fecerunt, cum Atheniensibus fœdus inire noluerunt; et ne tunc quidem id fecissent, nisi bellum, quod cum Itonensibus et Melæis, finitimis et colonis suis, gerebant, ipsos tenuisset occupatos. Et Phæax quidem postea Athenas rediit.

VI. Cleo vero, ubi a Torone solvens, ut dixi, adversus Amphipolin classe circumvectus est, profectus Eione, quam belli sedem delegerat, Stagirum Andriorum coloniam invasit, nec cepit, sed Galepsum Thasiorum coloniam vi expugnavit. (2) Missisque ad Perdiccam legatis, ut ex societatis jure cum copiis ad se veniret, aliis etiam in Thraciam missis ad Pollen Odomantum regem, qui quam plurimos

ἄξοντα μισθοῦ Θρᾷκας ὡς πλείστους, αὐτὸς ἡσύχαζε περιμένων ἐν τῇ Ἠιόνι. (3) Βρασίδας δὲ πυνθανόμενος ταῦτα ἀντεκάθητο καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ Κερδυλίῳ· ἔστι δὲ τὸ χωρίον τοῦτο Ἀργιλίων ἐπὶ μετεώρου πέραν τοῦ ποταμοῦ, οὐ πολὺ ἀπέχον τῆς Ἀμφιπόλεως, καὶ κατεφαίνετο πάντα αὐτόθεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔλαθεν αὐτόθεν ὁρμώμενος ὁ Κλέων τῷ στρατῷ· ὅπερ προσεδέχετο ποιήσειν αὐτόν, ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν, ὑπεριδόντα σφῶν τὸ πλῆθος, τῇ παρούσῃ στρατιᾷ ἀναβήσεσθαι. (4) Ἅμα δὲ καὶ παρεσκευάζετο Θρᾷκάς τε μισθωτοὺς πεντακοσίους καὶ χιλίους, καὶ τοὺς Ἠδωνας πάντας παρακαλῶν, πελταστὰς καὶ ἱππέας· καὶ Μυρκινίων καὶ Χαλκιδέων χιλίους πελταστὰς εἶχε πρὸς τοῖς ἐν Ἀμφιπόλει. (5) Τὸ δ' ὁπλιτικὸν ξύμπαν ἠθροίσθη δισχίλιοι μάλιστα, καὶ ἱππῆς Ἕλληνες τριακόσιοι. Τούτων Βρασίδας μὲν ἔχων ἐπὶ Κερδυλίῳ ἐκάθητο ἐς πεντακοσίους καὶ χιλίους, οἱ δ' ἄλλοι ἐν Ἀμφιπόλει μετὰ Κλεαρίδου ἐτετάχατο.

VII. Ὁ δὲ Κλέων τέως μὲν ἡσύχαζεν, ἔπειτα ἠναγκάσθη ποιῆσαι ὅπερ ὁ Βρασίδας προσεδέχετο. (2) Τῶν γὰρ στρατιωτῶν ἀχθομένων μὲν τῇ ἕδρᾳ, ἀναλογιζομένων δὲ τὴν ἐκείνου ἡγεμονίαν πρὸς οἵαν ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν μετὰ οἵας ἀνεπιστημοσύνης καὶ μαλακίας γενήσοιτο, καὶ οἴκοθεν ὡς ἄκοντες αὐτῷ ξυνῆλθον, αἰσθόμενος τὸν θροῦν, καὶ οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι, ἀναλαβὼν ἦγεν. (3) Καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ ᾧπερ καὶ ἐς τὴν Πύλον εὐτυχήσας ἐπίστευσέ τι φρονεῖν· ἐς μάχην μὲν γὰρ οὐδὲ ἤλπισέν οἱ ἐπεξιέναι οὐδένα, κατὰ θέαν δὲ μᾶλλον ἔφη ἀναβαίνειν τοῦ χωρίου, καὶ τὴν μείζω παρασκευὴν περιέμενεν, οὐχ ὡς τῷ ἀσφαλεῖ, ἢν ἀναγκάζηται, περισχήσων, ἀλλ' ὡς κύκλῳ περιστὰς βίᾳ αἱρήσων τὴν πόλιν. (4) Ἐλθών τε καὶ καθίσας ἐπὶ λόφου καρτεροῦ πρὸ τῆς Ἀμφιπόλεως τὸν στρατὸν αὐτὸς ἐθεᾶτο τὸ λιμνῶδες τοῦ Στρυμόνος καὶ τὴν θέσιν τῆς πόλεως ἐπὶ τῇ Θρᾴκῃ ὡς ἔχοι. (5) Ἀπιέναι τε ἐνόμιζεν, ὁπόταν βούληται, ἀμαχεί· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐφαίνετο οὔτ' ἐπὶ τοῦ τείχους οὐδεὶς οὔτε κατὰ πύλας ἐξῄει, κεκλημέναι τε ἦσαν πᾶσαι. Ὥστε καὶ μηχανὰς ὅτι οὐ κατῆλθεν ἔχων, ἁμαρτεῖν ἐδόκει· ἑλεῖν γὰρ ἂν τὴν πόλιν διὰ τὸ ἐρῆμον.

VIII. Ὁ δὲ Βρασίδας εὐθὺς ὡς εἶδε κινουμένους τοὺς Ἀθηναίους, καταβὰς καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ Κερδυλίου ἐσέρχεται ἐς τὴν Ἀμφίπολιν. (2) Καὶ ἐπέξοδον μὲν καὶ ἀντίταξιν οὐκ ἐποιήσατο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, δεδιὼς τὴν αὐτοῦ παρασκευὴν καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους εἶναι, οὐ τῷ πλήθει (ἀντίπαλα γάρ πως ἦν) ἀλλὰ τῷ ἀξιώματι (τῶν γὰρ Ἀθηναίων ὅπερ ἐστράτευε, καθαρὸν ἐξῆλθε, καὶ Λημνίων καὶ Ἰμβρίων τὸ κράτιστον), τέχνῃ δὲ παρεσκευάζετο ἐπιθησόμενος. (3) Εἰ γὰρ δείξειεν τοῖς ἐναντίοις τό τε πλῆθος καὶ τὴν ὅπλισιν ἀναγκαίαν οὖσαν τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον περιγενέσθαι ἢ ἄνευ προόψεώς τε αὐτῶν καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρονήσεως. (4) Ἀπολεξάμενος οὖν αὐτὸς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁπλίτας, καὶ τοὺς ἄλλους Κλεαρίδᾳ προστάξας, ἐβουλεύετο ἐπιχειρεῖν αἰφνιδίως πρὶν ἀπελθεῖν τοὺς

Thraces mercede conduceret, ipse ad Eionem per otium exspectabat. (3) Brasidas autem his auditis ipse quoque ad Cerdylium castra hostibus opposita fecit; est autem hic locus Argiliorum trans flumen editus, ab Amphipoli non procul distans, unde omnia prospici poterant. Quare Cleo cum suis copiis clam illinc discedere non potuisset; quod quidem Brasidas ipsum exspectabat facturum, ut contempta suorum paucitate adversus Amphipolin cum præsentibus copiis adscenderet. (4) Simul autem etiam se præparabat, mille et quingentos Thraces mercede conductos, et Edones omnes, peltatos et equites evocans; habebat præterea Myrciniorum et Chalcidensium, præter eos, qui apud Amphipolin erant, mille peltatos. (5) Universorum autem militum gravis armaturæ summa erat duo ferme millia et trecenti Græcorum equites. Ex his Brasidas cum mille et quingentis ad Cerdylium castra habebat, ceteri vero intra Amphipolin cum Clearida duce instructi erant.

VII. Cleo vero primo quidem quiescebat, deinde vero coactus est facere, quod Brasidas exspectabat. (2) Quum enim milites diuturnum illud otium moleste ferrent, et reputarent, quale futurum esset illius imperium, quanta cum imperitia et ignavia conjunctum adversus quantam peritiam et audaciam, et domo jam ut eum inviti secuti essent, ille quum rumorem istum sensisset ipsosque, quod in eodem loco desiderent, gravari nollet, motis castris discedebat. (3) Et usus est eadem ratione, qua quum apud Pylum rem feliciter gessisset, aliquid se sapere putavit; ad pugnam enim ne exspectavit quidem, ut quis contra se prodiret, sed potius se adscendere dicebat, ut locum inspiceret, et majorem apparatum exspectabat, non ut firmissimo copiarum præsidio, si cogeretur, hostem circumfunderet, sed ut urbem copiis undique circumdatam vi expugnaret. (4) Profectus igitur, castrisque in colle natura munito ante Amphipolin positis, ipse contemplabatur Strymonis stagna, et qualis esset urbis situs Thraciam versus. (5) Et existimabat, se, quoticscunque voluisset, sine certamine illinc discessurum; nemo enim vel supra muros conspiciebatur, vel portis exibat, omnesque clausæ erant. Quamobrem etiam existimabat se peccasse, quod sine machinis eo venisset; capturum enim se urbem fuisse, quod esset deserta.

VIII. Brasidas vero simul atque Athenienses castra movere videt, et ipse degressus a Cerdylio Amphipolin intravit. (2) Et eruptionem quidem aut prœlii potestatem Atheniensibus numquam fecit, de apparatu suo metuens et suos ratus impares hosti esse, non numero (nam propemodum pares erant), sed dignitate (nam in illa expeditione militabat electus ipsorum Atheniensium flos, et Lemniorum atque Imbriorum robur), sed parabat eos dolo aggredi. (3) Si enim suorum numerum et vilem armaturam, quam ipsa necessitas ministrarat, hostibus ostendisset, existimabat se non facilius victorem fore, quam si ab iis ante conflictum conspectus non esset, neque propter id, quod res erat, in ipsorum contemptionem venisset. (4) Brasidas igitur quum centum et quinquaginta gravis armaturæ milites delegisset, et reliquos Clearidæ ducendos commisis-

Ἀθηναίους, οὐκ ἂν νομίζων αὐτοὺς ὁμοίως ἀπολαβεῖν αὖθις μεμονωμένους, εἰ τύχοι ἐλθοῦσα αὐτοῖς ἡ βοήθεια. (5) Ξυγκαλέσας δὲ τοὺς πάντας στρατιώτας, καὶ βουλόμενος παραθαρσῦναί τε καὶ τὴν ἐπίνοιαν φράσαι, ἔλεγε τοιάδε.

IX. « Ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι ἀεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας, καὶ ὅτι Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι, ὧν εἰώθατε κρείσσους εἶναι, ἀρκείτω βραχέως δεδηλωμένον· (2) τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ᾧ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι, διδάξω, ἵνα μὴ τό [τε] κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν ἐνδεὲς φαινόμενον ἀτολμίαν παράσχῃ. (3) Τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην, ἀναβῆναί τε πρὸς τὸ χωρίον καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν τετραμμένους ὀλιγωρεῖν. (4) Ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν ἐναντίων κάλλιστα ἰδὼν καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο· (5) καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἄν τις ἀπατήσας τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν. (6) Ἕως οὖν ἔτι ἀπαράσκευοι θαρσοῦσι καὶ τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης καὶ πρὶν ξυνταχθῆναι μᾶλλον τὴν δόξαν, ἐγὼ μὲν ἔχων τοὺς μετ' ἐμαυτοῦ καὶ φθάσας, ἢν δύνωμαι, προσπεσοῦμαι δρόμῳ κατὰ μέσον τὸ στράτευμα· (7) σὺ δὲ Κλεαρίδα ὕστερον, ὅταν ἐμὲ ὁρᾷς ἤδη προσκείμενον καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς φοβοῦντα αὐτούς, τοὺς μετὰ σεαυτοῦ τούς τ' Ἀμφιπολίτας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους ἄγων, αἰφνιδίως τὰς πύλας ἀνοίξας ἐπεκθεῖν, καὶ ἐπείγεσθαι ὡς τάχιστα ξυμμῖξαι. (8) Ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι· τὸ γὰρ ἐπιὸν ὕστερον δεινότερον τοῖς πολεμίοις τοῦ παρόντος καὶ μαχομένου. (9) Καὶ αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, ὥσπερ σε εἰκὸς ὄντα Σπαρτιάτην, καὶ ὑμεῖς ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι ἀκολουθήσατε ἀνδρείως, καὶ νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, καὶ τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλῆσθαι, ἢ Ἀθηναίων τε δούλοις, ἢν τὰ ἄριστα ἄνευ ἀνδραποδισμοῦ ἢ θανατώσεως πράξητε, καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν ἢ πρὶν εἴχετε, τοῖς δὲ λοιποῖς Ἕλλησι κωλυταῖς γενέσθαι ἐλευθερώσεως. (10) Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς μαλακισθῆτε, ὁρῶντες περὶ ὅσων ὁ ἀγών ἐστιν, ἐγώ τε δείξω οὐ παραινέσαι οἷός τε ὢν μᾶλλον τοῖς πέλας ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθεῖν. »

X. Ὁ μὲν Βρασίδας τοσαῦτα εἰπὼν τήν τε ἔξοδον παρεσκευάζετο αὐτὸς καὶ τοὺς ἄλλους μετὰ τοῦ Κλεαρίδα καθίστη ἐπὶ τὰς Θρᾳκίας καλουμένας τῶν πυλῶν, ὅπως ὥσπερ εἴρητο ἐπεξίοιεν. (2) Τῷ δὲ Κλέωνι, φανεροῦ γενομένου αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ Κερδυλίου καταβάντος καὶ ἐν τῇ πόλει ἐπιφανεῖ οὔσῃ ἔξωθεν περὶ τὸ ἱερὸν τῆς

set, repente Athenienses, priusquam abirent, adoriri cogitabat, existimans illos non pariter nudatos a se iterum interceptum iri, si auxilia ad ipsos venissent. (5) Convocatis autem militibus universis, quod eorum animos confirmare suumque consilium iis aperire vellet, hæc verba fecit.

IX. « Viri Peloponnesii, e quali terra profecti simus, et eam propter animi generositatem perpetuo liberam esse et vos Dorienses cum Ionibus prœlium commissuros esse, quibus superiores esse consuevistis, paucis a me declaratum sufficiat; (2) qua autem ratione hostes aggredi statuerim, docebo, ne, quod cum paucis, non autem cum universis belli fortunam periclitamur, minus tutum vobis videatur, et timorem incutiat. (3) Conjicio enim hostes contemptione nostri, et quod non speraverint quemquam ad prœlium contra se proditurum, locum illum conscendisse, et nunc nullis ordinibus servatis ad locorum contemplationem conversos securos esse. (4) Quisquis autem hæc hostium peccata optime animadvertit, et simul pro viribus eos aggreditur, non tam aperte et acie palam contra ipsos instructa, quam pro eo, quod pro præsenti rerum statu utilitas flagitat, is ut plurimum ex animi sententia rem gerat; (5) hæc autem belli furta pulcherrimam gloriam habent, quibus quis hostem maxime fallens, amicis plurimum prosit. (6) Dum igitur adhuc imparati confidunt, et se subducere potius, quantum ego conjicere possum ex iis, quæ video, quam remanere cogitant, dum sunt remissis animis, et priusquam consilium magis componant, ego quidem cum iis, quos mecum habeo, antevertens, si possim, in medium eorum agmen cursu citato irruam; (7) tu vero Clearida mox, ubi me jam iis inhærere conspexeris, atque, ut credibile est, eos terrentem, cum tuis et Amphipolitanis ceterisque sociis repente portis apertis eruptionem facias, operamque des, ut quam celerrime prœlio intersis. (8) Spes enim est, eos sic maxime territum iri; qui enim pugnæ postea superveniunt, sunt hostibus formidabiliores, quam qui jam adsunt, et pugnant. (9) Et quum ipse te virum fortem præbeas, ut te facere par est, virum Spartanum, tum etiam vos viri socii fortiter sequamini, et existimetis boni militis esse, animo prompto esse et pudoris pleno, et ducibus obtemperare, atque hodierno die fore, ut aut, si rem fortiter gesseritis, libertas vobis contingat, et ut socii Lacedæmoniorum appellemini, aut et Atheniensium servi, siquidem optima conditione vobiscum actum fuerit, ita ut in servitutem non abstrahamini, aut capitali supplicio afficiamini, et servitutem duriorem experiamini, quam ante habebatis, ceterisque Græcis impedimento sitis, quo minus in libertatem asserantur. (10) Quamobrem et vos rem ne ignaviter geratis, animadvertentes quantis de rebus certamen sit, et ego ostendam, me eum esse, qui non magis alios officii sui moneam, quam ipse factis præstem eadem, ad quæ verbis illos adhortor. »

X. Brasidas quidem quum hæc dixisset, et eruptionem parabat ipse, et reliquos cum Clearida ad portas, quæ Thraciæ vocantur, collocabat, ut, quemadmodum constitutum erat, post se erumperent. (2) Cleoni autem, quum ipse Brasidas conspectus esset, dum de Cerdylio descendit, et in urbe, quæ extrinsecus manifeste conspici poterat,

LX. Ὧν ἐνθυμούμενος ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων, καὶ μιμνησκόμενος ὅσα ἀκοῇ περὶ αὐτῶν ἠπίστατο, χαλεπὸς ἦν τότε καὶ ὑπόπτης ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας, καὶ πάντα αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπρᾶχθαι. (2) Καὶ ὡς αὐτῶν διὰ τὸ τοιοῦτον ὀργιζομένων πολλοί τε καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι ἤδη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἦσαν, καὶ οὐκ ἐν παύλῃ ἐφαίνετο ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν, ἐνταῦθα ἀναπείθεται εἷς τῶν δεδεμένων, ὅσπερ ἐδόκει αἰτιώτατος εἶναι, ὑπὸ τῶν ξυνδεσμωτῶν τινὸς εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα μηνῦσαι εἴτε καὶ οὔ· ἐπ' ἀμφότερα γὰρ εἰκάζεται, τὸ δὲ σαφὲς οὐδεὶς οὔτε τότε οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν περὶ τῶν δρασάντων τὸ ἔργον. (3) Λέγων δὲ ἔπεισεν αὐτὸν ὡς χρή, εἰ μὴ καὶ δέδρακεν, αὑτόν τε ἄδειαν ποιησάμενον σῶσαι καὶ τὴν πόλιν τῆς παρούσης ὑποψίας παῦσαι· βεβαιοτέραν γὰρ αὐτῷ σωτηρίαν εἶναι ὁμολογήσαντι μετ' ἀδείας ἢ ἀρνηθέντι διὰ δίκης ἐλθεῖν. (4) Καὶ ὁ μὲν αὐτός τε καθ' ἑαυτοῦ καὶ κατ' ἄλλων μηνύει τὸ τῶν Ἑρμῶν· ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἄσμενος λαβών, ὡς ᾤετο, τὸ σαφές, καὶ δεινὸν ποιούμενοι πρότερον εἰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας σφῶν τῷ πλήθει μὴ εἴσονται, τὸν μὲν μηνυτὴν εὐθὺς καὶ τοὺς ἄλλους μετ' αὐτοῦ ὅσων μὴ κατηγορήκει ἔλυσαν, τοὺς δὲ καταιτιαθέντας κρίσεις ποιήσαντες τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, ὅσοι ξυνελήφθησαν, τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι. (5) Κἀν τούτῳ οἱ μὲν παθόντες ἄδηλον ἦν εἰ ἀδίκως ἐτετιμώρηντο, ἡ μέντοι ἄλλη πόλις ἐν τῷ παρόντι περιφανῶς ὠφέλητο.

LXI. Περὶ δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐναγόντων τῶν ἐχθρῶν, οἵπερ καὶ πρὶν ἐκπλεῖν αὐτὸν ἐπέθεντο, χαλεπῶς οἱ Ἀθηναῖοι ἐλάμβανον· καὶ ἐπειδὴ τὸ τῶν Ἑρμῶν ᾤοντο σαφὲς ἔχειν, πολὺ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ μυστικά, ὧν ἐπαίτιος ἦν, μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ τῆς ξυνωμοσίας ἐπὶ τῷ δήμῳ ἀπ' ἐκείνου ἐδόκει πραχθῆναι. (2) Καὶ γάρ τις καὶ στρατιὰ Λακεδαιμονίων οὐ πολλὴ ἔτυχε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν ᾧ περὶ ταῦτα ἐθορυβοῦντο, μέχρι Ἰσθμοῦ παρελθοῦσα, πρὸς Βοιωτούς τι πράσσοντες. Ἐδόκει οὖν ἐκείνου πράξαντος καὶ οὐ Βοιωτῶν ἕνεκα ἀπὸ ξυνθήματος ἥκειν, καὶ εἰ μὴ ἔφθασαν δὴ

auctoritate multum pollere sciret, nuptum dedit. Atque monumentum ejus Lampsaci exstat, cum inscriptione ista :

Hippiæ, apud Græcos qui primus vir fuit ævi,
  hic pulvis prolem contegit Archedicen,
cui pater et vir erant, fratres natique tyranni,
  nec tamen in fastum sustulit illa animos.

(4) Hippias autem quum tres deinceps annos tyrannidem apud Athenienses obtinuisset et quarto a Lacedæmoniis, et Alcmæonidis exsulibus imperio spoliatus esset, fide publica impetrata Sigeum et inde Lampsacum ad Æantiden discedebat, illinc vero ad regem Dareum, unde postea profectus anno vicesimo jam senex cum Medis ad Marathonem militavit.

LX. Quæ reputans populus Atheniensis, et memoria repetens, quæcunque de illis fama acceperat, tunc acerbus erat et suspiciosus in eos, qui de mysteriis insimulati erant, atque omnia iis videbantur eo consilio facta, ut dominatus paucorum vel regum a conjuratis constitueretur. (2) Et quum irascentibus iis ob hanc rem multi clari viri in carcere jam essent, neque ulla rei intermissio appareret, sed in dies longius eveherentur, ita ut et sævitia augeretur et longe plures comprehenderent, interea quidam, qui cum aliis in vinculis erat, cuidam item in vincula conjecto, qui maxime affinis crimini esse videbatur, persuasit, ut rem indicaret, sive ita ut erat, sive non; nam utrinque sunt conjecturæ, certi vero nemo quicquam de illius facinoris auctoribus neque tunc neque postea afferre potuit. (3) Persuasit autem dicens, oportere ipsum, quamvis hoc facinus non perpetrasset, tamen comparata sibi impunitate, et se ipsum servare, et civitatem præsente suspicione liberare; salutem enim ipsi certiorem fore, si impunitate impetrata rem fassus esset, quam si negans judicium subiret. (4) Quamobrem hic et contra se et contra alios indicium professus est de Mercurii simulacris; populus vero Atheniensis lubenter cognita, ut putabat, rei veritate, quum prius indignissime ferret, si eos, qui suæ multitudini insidiabantur, cognoscere non posset, confestim dimisit et ipsum indicem et ceteros cum eo, quos non accusaverat; illorum vero, qui delati erant, constitutis judiciis alios quidem occiderunt, quotquot comprehensi erant, alios vero fuga dilapsos morte damnaverunt, præmio publice proposito ei, qui eos interfecisset. (5) Interea vero non constabat, num ii, qui capitali supplicio affecti erant, injuria puniti essent; reliqua tamen civitas in præsenti manifeste commodum ex hac re perceperat.

LXI. De Alcibiade vero instigantibus inimicis iisdem, qui etiam prius eum quam discederet, aggressi erant, Athenienses delationem iratis animis accipiebant; et quando quidem de violatis Mercurii simulacris rem compertam se habere existimabant, tunc vero multo magis etiam mysteria, de quibus accusabatur, ab illo polluta esse videbantur eodem consilio et cum conjuratione adversus statum popularem. (2) Nam et quidam non magnus Lacedæmoniorum exercitus in hoc ipso forte tempore, quo Athenienses propter istas res perturbabantur, ad Isthmum usque progressus est, cum Bœotis clandestinum aliquod consilium agitans. Videbatur igitur illo sollicitante, non autem Bœotorum causa ex composito venisse, et nisi ipsi per indicium homines il-

αὐτοὶ κατὰ τὸ μήνυμα ξυλλαβόντες τοὺς ἄνδρας, προδοθῆναι ἂν ἡ πόλις. Καί τινα μίαν νύκτα καὶ κατέδαρθον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. (3) Οἵ τε ξένοι τοῦ Ἀλκιβιάδου οἱ ἐν Ἄργει κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὑπωπτεύθησαν τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι, καὶ τοὺς ὁμήρους τῶν Ἀργείων τοὺς ἐν ταῖς νήσοις κειμένους οἱ Ἀθηναῖοι τότε παρέδοσαν τῷ Ἀργείων δήμῳ διὰ ταῦτα διαχρήσασθαι. (4) Πανταχόθεν τε περιεστήκει ὑποψία ἐς τὸν Ἀλκιβιάδην. Ὥστε βουλόμενοι αὐτὸν ἐς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκτεῖναι, πέμπουσιν οὕτω τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐς τὴν Σικελίαν ἐπί τε ἐκεῖνον καὶ ὧν πέρι ἄλλων ἐμεμήνυτο. (5) Εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησομένῳ ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μή, θεραπεύοντες τό τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Μαντινέας καὶ Ἀργείους βουλόμενοι παραμεῖναι, δι' ἐκείνου νομίζοντες πεισθῆναι σφᾶς ξυστρατεύειν. (6) Καὶ ὁ μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ ναῦν καὶ οἱ ξυνδιαβεβλημένοι ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας ἐκ τῆς Σικελίας ὡς ἐς τὰς Ἀθήνας· καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν Θουρίοις, οὐκέτι ξυνείποντο ἀλλ' ἀπελθόντες ἀπὸ τῆς νεὼς οὐ φανεροὶ ἦσαν, δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ ἐς δίκην καταπλεῦσαι. (7) Οἱ δ' ἐκ τῆς Σαλαμινίας τέως μὲν ἐζήτουν τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ὡς δ' οὐδαμοῦ φανεροὶ ἦσαν, ᾤχοντο ἀποπλέοντες. Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἤδη φυγὰς ὢν οὐ πολὺ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη ἐς Πελοπόννησον ἐκ τῆς Θουρίας· οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου.

LXII. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσαντες τοῦ στρατεύματος καὶ λαχὼν ἑκάτερος, ἔπλεον ξὺν παντὶ ἐπὶ Σελινοῦντος καὶ Ἐγέστης, βουλόμενοι μὲν εἰδέναι τὰ χρήματα εἰ δώσουσιν οἱ Ἐγεσταῖοι, κατασκέψασθαι δὲ καὶ τῶν Σελινουντίων τὰ πράγματα καὶ τὰ διάφορα μαθεῖν τὰ πρὸς Ἐγεσταίους. (2) Παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον, ἔσχον ἐς Ἱμέραν, ἥπερ μόνη ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς Σικελίας Ἑλλὰς πόλις ἐστίν· καὶ ὡς οὐκ ἐδέχοντο αὐτούς, παρεκομίζοντο. (3) Καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα πόλισμα Σικανικὸν μέν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον· ἦν δὲ παραθαλασσίδιον. Καὶ ἀνδραποδίσαντες τὴν πόλιν παρέδοσαν Ἐγεσταίοις (παρεγένοντο γὰρ αὐτῶν ἱππῆς), αὐτοὶ δὲ πάλιν τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν Σικελῶν ἕως ἀφίκοντο ἐς Κατάνην, αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν τὰ ἀνδράποδα ἄγουσαι. (4) Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας, καὶ τἆλλα χρηματίσας καὶ λαβὼν τάλαντα τριάκοντα παρῆν ἐς τὸ στράτευμα· καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν, καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα. (5) Καὶ ἐς τοὺς τῶν Σικελῶν ξυμμάχους περιέπλευσαν, στρατιὰν κελεύοντες πέμπειν· τῇ τε ἡμισείᾳ τῆς ἑαυτῶν ἦλθον ἐπὶ Ὕβλαν τὴν Γελεᾶτιν πολεμίαν οὖσαν, καὶ οὐχ εἷλον. Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

LXIII. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς τὴν

los mature comprehendissent, futurum fuisse, ut civitas proderetur. Unde etiam unam quandam noctem apud Thesei templum, quod est in urbe, sub armis pernoctarunt. (3) Atque etiam Alcibiadis hospites, qui Argis erant, per idem tempus in suspicionem venerunt, quod populo insidiarentur, et Argivorum obsides, qui collocati erant in insulis, Athenienses tunc Argivo populo his de causis interficiendos tradiderunt. (4) Denique suspiciones Alcibiadem undique circumstabant. Quamobrem quod eum adductum ad judicium morte mulctare vellent, ita demum mittunt Salaminiam navem in Siciliam et illius causa et aliorum, de quibus indicia delata erant. (5) Mandatum autem erat, ut ei præciperent, ut se purgaturus sequeretur, non tamen ipsum comprehenderent, caventes, ne ea res apud milites suos in Sicilia aut apud hostes turbas daret, præcipue vero cupientes Mantineos et Argivos permanere, quod existimarent, eos illius opera inductos esse ad hanc militiæ societatem. (6) Atque ille quidem habens suam navem, itemque ii, qui una insimulati erant, ex Sicilia cum navi Salaminia, tanquam Athenas ituri, dicesserunt; et quum Thurios advenissent, non amplius sunt secuti, sed ex navi egressi non comparebant, metuentes in criminatione sibi facta ad judicium proficisci. (7) Qui vero navi Salaminia vehebantur, aliquamdiu quidem quærebant Alcibiadem ejusque socios, sed quum nusquam comparerent, navigationis cursum conficere perrexerunt. Alcibiades vero, quum jam exsul esset, non multo post ex agro Thurio in Peloponnesum navigio vectus transmisit; Athenienses vero illum et eos, qui cum illo erant, deserto judicio, capite condemnarunt.

LXII. Postea vero ceteri Atheniensium duces, qui erant in Sicilia, quum exercitum in duas partes divisissent, et uterque suam partem sortito accepisset, cum omnibus copiis Selinuntem et Egestam versus navigarunt, partim quidem, quod scire vellent, num Egestæi pecunias daturi essent, partim vero etiam, ut Selinuntiorum res explorarent et controversias cognoscerent, quæ iis cum Egestæis intercedebant. (2) Siciliæ autem oram a sinistra legentes ab ea parte, quæ ad sinum Tyrrhenum vergit, Himeram appulerunt, quæ sola in hac Siciliæ parte est Græca civitas; quæ quum eos non reciperet, prætervehebantur. (3) Et prætervehendo ceperunt Hyccara, oppidum Sicanicum quidem, sed Egestæis hostile; erat autem maritimum. Quum autem incolas in servitutem abstraxissent, oppidum Egestæis tradiderunt (ipsorum enim equitatus adfuerat), ipsi vero rursus cum peditatu quidem per Siculorum agrum iter fecerunt, donec Catanam pervenerunt; naves vero, quæ captivos vehebant, circumvectæ sunt. (4) Nicias autem ex Hyccaris Egestam confestim prætervectus, quum de ceteris rebus egisset et triginta talenta accepisset, ad exercitum aderat; et captivos vendiderunt et ex iis confecta sunt centum et viginti talenta. (5) Illinc autem circumvecti ad socios Siculorum iverunt, imperantes, ut exercitum mitterent; et cum dimidia sui exercitus parte adversus Hyblam Geleatin, quæ hostilis erat, profecti sunt, nec expugnarunt. Et æstas finiebatur.

LXIII. Insequente hieme statim Athenienses sese præpa-

ἔφοδον οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Συρακούσας παρεσκευάζοντο, οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες. (2) Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸν πρῶτον φόβον καὶ τὴν προσδοκίαν οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ εὐθὺς ἐπέκειντο, κατά τε τὴν ἡμέραν ἑκάστην προϊοῦσαν ἀνεθάρσουν μᾶλλον, καὶ ἐπειδὴ πλέοντες τά τε ἐπέκεινα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο καὶ πρὸς τὴν Ὕβλαν ἐλθόντες καὶ πειράσαντες οὐχ εἷλον βίᾳ, ἔτι πλέον κατεφρόνησαν, καὶ ἠξίουν τοὺς στρατηγούς, οἷον δὴ ὄχλος φιλεῖ θαρσήσας ποιεῖν, ἄγειν σφᾶς ἐπὶ Κατάνην, ἐπειδὴ οὐκ ἐκεῖνοι ἐφ' ἑαυτοὺς ἔρχονται. (3) Ἱππῆς τε προσελαύνοντες ἀεὶ κατάσκοποι τῶν Συρακοσίων πρὸς τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων ἐφύβριζον ἄλλα τε καὶ εἰ ξυνοικήσοντες σφίσιν αὐτοὶ μᾶλλον ἥκοιεν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ ἢ Λεοντίνους ἐς τὴν οἰκείαν κατοικιοῦντες.

LXIV. Ἃ γιγνώσκοντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, καὶ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄγειν πανδημεὶ ἐκ τῆς πόλεως ὅτι πλεῖστον, αὐτοὶ δὲ ταῖς ναυσὶν ἐν τοσούτῳ ὑπὸ νύκτα παραπλεύσαντες στρατόπεδον καταλαβεῖν ἐν ἐπιτηδείῳ καθ' ἡσυχίαν, εἰδότες οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες καὶ εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιβάζοιεν ἢ κατὰ γῆν ἰόντες γνωσθείησαν (τοὺς γὰρ ἂν ψιλοὺς τοὺς σφῶν καὶ τὸν ὄχλον τῶν Συρακοσίων τοὺς ἱππέας πολλοὺς ὄντας, σφίσι δ' οὐ παρόντων ἱππέων, βλάπτειν ἂν μεγάλα, οὕτω δὲ λήψεσθαι χωρίον ὅθεν ὑπὸ τῶν ἱππέων οὐ βλάψονται ἄξια λόγου· ἐδίδασκον δ' αὐτοὺς περὶ τοῦ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ χωρίου, ὅπερ καὶ κατέλαβον, Συρακοσίων φυγάδες, οἳ ξυνείποντο), τοιόνδε τι οὖν πρὸς ἃ ἐβούλοντο οἱ στρατηγοὶ μηχανῶνται. (2) Πέμπουσιν ἄνδρα σφίσι μὲν πιστόν, τοῖς δὲ τῶν Συρακοσίων στρατηγοῖς τῇ δοκήσει οὐχ ἧσσον ἐπιτήδειον· ἦν δὲ Καταναῖος ὁ ἀνήρ, καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης ἥκειν ἔφη ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνόματα ἐγίγνωσκον καὶ ἠπίσταντο ἐν τῇ πόλει ἔτι ὑπολοίπους ὄντας τῶν σφίσιν εὐνόων. (3) Ἔλεγε δὲ τοὺς Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει, καὶ εἰ βούλονται ἐκεῖνοι πανδημεὶ ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ ἐπὶ τὸ στράτευμα ἐλθεῖν, αὐτοὶ μὲν ἀποκλῄσειν αὐτοὺς παρὰ σφίσι καὶ τὰς ναῦς ἐμπρήσειν, ἐκείνους δὲ ῥᾳδίως τὸ στράτευμα προσβαλόντας τῷ σταυρώματι αἱρήσειν· εἶναι δὲ ταῦτα τοὺς ξυνδράσοντας πολλοὺς Καταναίων, καὶ ἡτοιμάσθαι ἤδη, ἀφ' ὧν αὐτὸς ἥκειν.

LXV. Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων, μετὰ τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι παρεσκευάσθαι ἐπὶ Κατάνην, ἐπίστευσάν τε τῷ ἀνθρώπῳ πολλῷ ἀπερισκεπτότερον, καὶ εὐθὺς ἡμέραν ξυνθέμενοι ᾗ παρέσονται ἀπέστειλαν αὐτόν, καὶ αὐτοί (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ξυμμάχων· Σελινούντιοι καὶ ἄλλοι τινὲς παρῆσαν) προεῖπον πανδημεὶ πᾶσιν ἐξιέναι Συρακοσίοις. Ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν καὶ αἱ ἡμέραι ἐν αἷς ξυνέθεντο ἥξειν ἐγγὺς ἦσαν, πορευόμενοι ἐπὶ Κατάνης ηὐλίσαντο ἐπὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ἐν τῇ Λεοντίνῃ. (2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὡς ᾔσθοντο αὐτοὺς προσιόντας, ἀναλαβόντες τό τε στρά-

rare cœperunt ad invadendas Syracusas, Syracusani vero et ipsi vicissim, ut adversus illos ituri. (2) Quod enim ad primum eorum pavorem et exspectationem Athenienses non protinus eos invaserant, quotidie temporis progressu magis ac magis se ipsos colligebant; item quod ad ulteriorem navigantes Siciliæ oram valde procul ab ipsis abesse videbantur, et Hyblam profecti eamque aggressi non expugnarant, multo magis eos contempserunt, et postulabant, quemadmodum vulgus animis sumptis facere solet, ut duces se Catanam versus ducerent, quandoquidem illi contra se non venirent. (3) Quinetiam equites Syracusani, qui ad speculandum assidue usque ad Atheniensium castra provehebantur, quum alia probra per contumeliam in eos ingerebant, tum vero illud percontabantur, num potius secum in alieno agro habitaturi venissent, quam Leontinos in propria sede collocaturi.

LXIV. Quæ quum cognoscerent Atheniensium duces, et vellent illos cum universo populo ab urbe quam longissime abducere, ipsi vero interea sub noctem cum classe prætervecti locum castris idoneum per otium occupare, scientes ejus rei se haud perinde facultatem habituros, si ex navibus adversus hostes jam præparatos descenderent, aut itinere terrestri euntes ab illis animadverterentur (suæ enim levi armaturæ et multitudini, quod nullus equitatus ipsis adesset, Syracusanorum equitatum, qui multus erat, magna detrimenta daturum; ita vero se locum capturos, unde ab hostium equitatu nullum memoratu dignum damnum essent accepturi; monebant eos autem de loco ad Olympieum sito, quem etiam occuparunt, Syracusanorum exsules, qui ipsos sequebantur), hujusmodi igitur conatum ad perficienda ea quæ cupiebant, duces machinati sunt. (2) Mittunt quemdam fidei sibi probatæ virum et Syracusanorum ducibus pro existimatione sua non minus amicum; erat autem Catanæus hic vir, et a quibusdam Catanæis se venire dicebat, quorum illi nomina noverant, et quos suæ factionis studiosos in urbe adhuc superesse sciebant. (3) Dicebat autem Athenienses in urbe procul a castris pernoctare, et si illi certa die primo diluculo ad exercitum cum universo populo venire vellent, se quidem interclusuros eos, qui essent apud se, et naves incensuros, illos vero vallum adortos exercitum Atheniensem facile capturos; fore autem Catanæorum permultos ad rem gerendam adjutores, et jam paratos esse, a quibus ipse veniret.

LXV. Syracusanorum autem duces quum et alioqui ceteris quoque in rebus essent confidentiores, et in animo haberent, vel sine his nuntiis adversus Catanam cum apparatu proficisci, longe etiam inconsideratius fidem huic homini habuerunt, statimque constituta die, ad quam adessent, eum remiserunt, ipsique (jam enim etiam Selinuntii et alii nonnulli ex sociis aderant) Syracusanis omnibus edixerunt, ut conjunctis universis copiis exirent. Quum autem res omnes ad illam expeditionem necessarias præparassent, et dies adventaret, ad quam se venturos constituerant, iter ingressi, ut Catanam versus proficiscerentur, ad Symæthum flumen in agro Leontino castra posuerunt. (2) Athenienses vero quum intellexissent, eos adventare, assumptis omni-

τευμα ἅπαν τὸ ἑαυτῶν καὶ ὅσοι Σικελῶν αὐτοῖς ἢ ἄλλος τις προσεληλύθει, καὶ ἐπιβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ πλοῖα, ὑπὸ νύκτα ἔπλεον ἐπὶ τὰς Συρακούσας. (3) Καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἅμα ἕῳ ἐξέβαινον ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον ὡς τὸ στρατόπεδον καταληψόμενοι, καὶ οἱ ἱππῆς οἱ Συρακοσίων πρῶτοι προσελάσαντες ἐς τὴν Κατάνην, καὶ αἰσθόμενοι ὅτι τὸ στράτευμα ἅπαν ἀνῆκται, ἀποστρέψαντες ἀγγέλλουσι τοῖς πεζοῖς, καὶ ξύμπαντες ἤδη ἀποτρεπόμενοι ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν.

LXVI. Ἐν τούτῳ δ' οἱ Ἀθηναῖοι, μακρᾶς οὔσης τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς, καθ' ἡσυχίαν καθῖσαν τὸ στράτευμα ἐς χωρίον ἐπιτήδειον, καὶ ἐν ᾧ μάχης τε ἄρξειν ἔμελλον ὁπότε βούλοιντο, καὶ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων ἥκιστ' ἂν αὐτοὺς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ καὶ πρὸ αὐτοῦ λυπήσειν· τῇ μὲν γὰρ τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δένδρα καὶ λίμνη, παρὰ δὲ τὸ κρημνοί. (2) Καὶ τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες καὶ κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν παρά τε τὰς ναῦς σταύρωμα ἔπηξαν, καὶ ἐπὶ τῷ Δάσκωνι ἔρυμά τε, ᾗ ἐφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις, λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις διὰ ταχέων ὤρθωσαν, καὶ τὴν τοῦ Ἀνάπου γέφυραν ἔλυσαν. (3) Παρασκευαζομένων δὲ ἐκ μὲν τῆς πόλεως οὐδεὶς ἐξιὼν ἐκώλυεν, πρῶτοι δὲ οἱ ἱππῆς Συρακοσίων προσεβοήθησαν, ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν ξυνελέγη. Καὶ προσῆλθον μὲν ἐγγὺς τοῦ στρατεύματος τῶν Ἀθηναίων τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ ὡς οὐκ ἀντιπροήεσαν αὐτοῖς, ἀναχωρήσαντες καὶ διαβάντες τὴν Ἐλωρινὴν ὁδὸν ηὐλίσαντο.

LXVII. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην, καὶ ξυνετάξαντο ὧδε. Δεξιὸν μὲν κέρας Ἀργεῖοι εἶχον καὶ Μαντινῆς, Ἀθηναῖοι δὲ τὸ μέσον, τὸ δὲ ἄλλο οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι. Καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτοῖς τοῦ στρατεύματος ἐν τῷ πρόσθεν ἦν τεταγμένον ἐπὶ ὀκτώ, τὸ δὲ ἥμισυ ἐπὶ ταῖς εὐναῖς ἐν πλαισίῳ, ἐπὶ ὀκτὼ καὶ τοῦτο τεταγμένον· οἷς εἴρητο, ᾗ ἂν τοῦ στρατεύματός τι πονῇ μάλιστα, ἐφορῶντας παραγίγνεσθαι. Καὶ τοὺς σκευοφόρους ἐντὸς τούτων τῶν ἐπιτάκτων ἐποιήσαντο. (2) Οἱ δὲ Συρακόσιοι ἔταξαν τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐφ' ἑκκαίδεκα, ὄντας πανδημεὶ Συρακοσίους καὶ ὅσοι ξύμμαχοι παρῆσαν (ἐβοήθησαν δὲ αὐτοῖς Σελινούντιοι μὲν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ Γελῴων ἱππῆς, τὸ ξύμπαν ἐς διακοσίους, καὶ Καμαριναίων ἱππῆς ὅσον εἴκοσι καὶ τοξόται ὡς πεντήκοντα), τοὺς δὲ ἱππέας ἐπετάξαντο ἐπὶ τῷ δεξιῷ, οὐκ ἔλασσον ὄντας ἢ διακοσίους καὶ χιλίους, παρὰ δ' αὐτοὺς καὶ τοὺς ἀκοντιστάς. (3) Μέλλουσι δὲ τοῖς Ἀθηναίοις προτέροις ἐπιχειρήσειν ὁ Νικίας κατά τε ἔθνη ἐπιπαριὼν ἕκαστα καὶ ξύμπασι τοιάδε παρεκελεύετο.

LXVIII. « Πολλῇ μὲν παραινέσει ὦ ἄνδρες τί δεῖ χρῆσθαι, οἳ πάρεσμεν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα; αὐτὴ γὰρ ἡ παρασκευὴ ἱκανωτέρα μοι δοκεῖ εἶναι θάρσος παρασχεῖν ἢ καλῶς λεχθέντες λόγοι μετὰ ἀσθενοῦς στρατοπέδου. (2) Ὅπου γὰρ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν οἱ πρῶτοί ἐσμεν, πῶς οὐ χρὴ μετὰ τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ξυμμάχων πάντα τινὰ μεγάλην

bus copiis et suorum et Siculorum, et quotquot præterea accesserant, eisque in naves et navigia impositis sub noctem Syracusas versus contenderunt. (3) Et Athenienses simul atque dies illuxit, egressi sunt in locum, qui erat juxta Olympieum, ibi castra metaturi, et eodem tempore Syracusanorum equites, qui primi ad Catanam accesserant, quum cognovissent totum exercitum classe vectum discessisse, reversi rem peditatui nunciant; tunc vero cuncti regressi ad suppetias urbi ferendas accurrebant.

LXVI. Interea vero Athenienses, quod longum iis iter esset, per otium castra posuerunt in opportuno loco, et in quo prœlii initium erant facturi, quotiescumque vellent, et vel in ipsa munitione vel ante eam ab equitatu Syracusanorum minime infestari poterant; ab una enim parte munitiones et ædificia et arbores et stagnum hostes prohibebant, ab altera vero loca prærupta. (2) Cæsisque vicinis arboribus et ad mare delatis et juxta naves vallum fixerunt, et in Dascone simul et munitionem ab ea parte, quæ aditu hostibus erat facillima, e saxis electis lignisque constructam celeriter erexerunt, et Anapi pontem solverunt. (3) Dum autem hæc parant, ex urbe quidem nemo egressus eos impediebat, sed primi Syracusanorum equites ad opem suis rebus ferendam procurrerunt, deinde postea et universus peditatus convenit. Et primo quidem ad Atheniensium castra prope accesserunt, deinde vero, quum illi contra eos non item prodirent, regressi ac via Helorina transmissa castra posuerunt.

LXVII. Insequenti vero die Athenienses eorumque socii ut ad prœlium se præparabant, et aciem hoc modo instruxerunt. Dextrum quidem cornu tenebant Argivi et Mantinei, Athenienses vero medium agmen, alterum vero cornu ceteri socii. Et dimidium quidem eorum exercitus sic erat instructum, ut altitudo octonorum militum esset; dimidium vero acie oblonga ad tentoria et ipsum octonis militibus erat instructum; quibus præceptum erat, ut qua maxime parte exercitus laboraret, observantes se conferrent. Atque intra hos, qui in subsidiis collocati erant, impedimenta posuerunt. (2) Syracusani vero gravis armaturæ milites in altitudinem sedecim virorum instruxerunt, qui erant omnis Syracusanorum populus et socii, quotquot aderant (auxilio autem iis venerant in primis quidem Selinuntii, mox vero et Geloi equites, universi ad ducentos, et Camarinæorum equites ad viginti et sagittarii circiter quinquaginta), equites autem in dextro cornu collocarunt, non minus mille et ducentos; juxta eos autem et jaculatores. (3) Quum autem Athenienses prælium priores inituri essent, Nicias suos et per singulas gentes, ut quamque adibat, et universos hujusmodi verbis adhortabatur :

LXVIII. « Longa adhortatione, viri, quid opus est uti, qui ad idem certamen adsumus? ipse enim hic apparatus ad confidentiam vobis præbendam magis valere mihi videtur, quam verba præclare facta, quæ copiarum firmitate careant. (2) Ubi enim sumus Argivi et Mantinei et Athenienses et præcipui inter insularum incolas, quomodo non oportet quemlibet cum talibus totque sociis magnam de victoria

τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχειν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρας πανδημεί τε ἀμυνομένους καὶ οὐκ ἀπολέκτους ὥσπερ καὶ ἡμᾶς, καὶ προσέτι Σικελιώτας, οἳ ὑπερφρονοῦσι μὲν ἡμᾶς, ὑπομενοῦσι δ' οὐ διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην τῆς τόλμης ἥσσω ἔχειν. (3) Παραστήτω δέ τινι καὶ τόδε, πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι καὶ πρὸς γῇ οὐδεμιᾷ φιλίᾳ, ἥντινα μὴ αὐτοὶ μαχόμενοι κτήσεσθε. Καὶ τοὐναντίον ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς εὖ οἶδ' ὅτι παρακελεύονται· οἱ μὲν γὰρ ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών, ἐγὼ δὲ ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν· οἱ γὰρ ἱππῆς πολλοὶ ἐπικείσονται. (4) Τῆς τε οὖν ὑμετέρας αὐτῶν ἀξίας μνησθέντες ἐπέλθετε τοῖς ἐναντίοις προθύμως, καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην καὶ ἀπορίαν φοβερωτέραν ἡγησάμενοι τῶν πολεμίων. »

LXIX. Ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα παρακελευσάμενος ἐπῆγε τὸ στρατόπεδον εὐθύς, οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀπροσδόκητοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν ὡς ἤδη μαχούμενοι, καὶ τινὲς αὐτοῖς ἐγγὺς τῆς πόλεως οὔσης καὶ ἀπεληλύθεσαν· οἱ δὲ καὶ διὰ σπουδῆς προσβοηθοῦντες δρόμῳ ὑστέριζον μέν, ὡς δὲ ἕκαστός πῃ τοῖς πλείοσι προσμίξειεν καθίσταντο. Οὐ γὰρ δὴ προθυμίᾳ ἐλλιπεῖς ἦσαν οὐδὲ τόλμῃ οὔτ' ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις, ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρίᾳ οὐχ ἥσσους ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι, τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προυδίδοσαν. Ὅμως δὲ οὐκ ἂν οἰόμενοι σφίσι τοὺς Ἀθηναίους προτέρους ἐπελθεῖν, καὶ διὰ τάχους ἀναγκαζόμενοι ἀμύνασθαι, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα εὐθὺς ἀντεπῄεσαν. (2) Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἑκατέρων οἵ τε λιθοβόλοι καὶ σφενδονῆται καὶ τοξόται προυμάχοντο, καὶ τροπὰς οἵας εἰκὸς ψιλοὺς ἀλλήλων ἐποίουν· ἔπειτα δὲ μάντεις τε σφάγια προύφερον τὰ νομιζόμενα καὶ σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπώτρυνον τοῖς ὁπλίταις, (3) οἱ δ' ἐχώρουν, Συρακόσιοι μὲν περί τε πατρίδος μαχούμενοι καὶ τῆς ἰδίας ἕκαστος τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας, τῶν δ' ἐναντίων Ἀθηναῖοι μὲν περί τε τῆς ἀλλοτρίας οἰκείαν σχεῖν καὶ τὴν οἰκείαν μὴ βλάψαι ἡσσώμενοι, Ἀργεῖοι δὲ καὶ τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι ξυγκτήσασθαί τε ἐκείνοις ἐφ' ἃ ἦλθον, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα νικήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν· τὸ δ' ὑπήκοον τῶν ξυμμάχων μέγιστον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνελπίστου σωτηρίας, ἢν μὴ κρατῶσι, τὸ πρόθυμον εἶχον, ἔπειτα δὲ ἐν παρέργῳ καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται.

LXX. Γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης ἐπὶ πολὺ ἀντεῖχον ἀλλήλοις, καὶ ξυνέβη βροντάς τε ἅμα τινὰς γενέσθαι καὶ ἀστραπὰς καὶ ὕδωρ πολύ, ὥστε τοῖς μὲν πρῶτον μαχομένοις καὶ ἐλάχιστα πολέμῳ ὡμιληκόσι καὶ τοῦτο ξυνεπιλαβέσθαι τοῦ φόβου, τοῖς δ' ἐμπειροτέροις τὰ μὲν γιγνόμενα καὶ ὥρᾳ ἔτους περαίνεσθαι δοκεῖν, τοὺς δὲ ἀνθεστῶτας πολὺ μείζω ἔκπληξιν μὴ νικωμένους παρέχειν. (2) Ὠσαμένων δὲ τῶν Ἀργείων πρῶτον τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν Συρακοσίων, καὶ μετ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων τὸ κατὰ σφᾶς αὐτούς, παρερρή-

spem habere? præsertim adversus homines, qui cum universo populo pugnant et non delecti, quales nos sumus, et præterea Sicilienses, qui nos quidem contemnunt, sed non sustinebunt, quod plus audaciæ quam peritiæ habent. (3) Illud etiam in mentem unicuique veniat, nos et procul a nostræ patriæ finibus abesse, et in nullo amico solo, nisi quod ipsi pugnando quæsieritis. Atque ego vos contrarium admoneo, quam quo hostes, certo scio, se ipsos adhortantur; illi enim quod pro patria certamen sit futurum, ego vero quod in alieno solo, e quo necesse nos vincere aut difficilem reditum habere; equites enim permulti nobis instabunt. (4) Vestræ igitur ipsorum dignitatis memores, hostes invadite alacriter et rati præsentem necessitatem atque difficultatem terribiliorem esse quam adversarios. »

LXIX. Nicias tali adhortatione usus copias confestim adversus hostem duxit; Syracusani vero tunc quidem non exspectabant, sibi jam dimicandum esse; quinetiam eorum nonnulli in urbem, quæ vicina erat, abierant; alii vero festinabundi ad suos adjuvandos accurrentes, tardius quidem perveniebant, verumtamen ut singuli ad aliquos exercitus ordines accedebant, in iis sese collocabant. Nam nec in isto prœlio nec in aliis aut alacritate aut audacia hostibus inferiores fuerunt, sed virtute quidem non inferiores illis, quatenus rei militaris scientia suppeteret, quotiens hæc deficeret, alacritatem etiam inviti prodebant. Verumtamen quum non opinarentur Athenienses priores contra se venturos et subito cogerentur se defendere, sumptis armis confestim obviam prodierunt. (2) Ac primo quidem utriusque exercitus velites, qui lapides manu jaculabantur, et funditores et sagittarii ante pugnabant, et alii alios in fugam vicissim vertebant, ut fere fit inter levis armaturæ milites; deinde vero et vates proferebant hostias more receptas, et tubicines ad congressum milites incitabant; (3) illi vero procedebant, Syracusani quidem, pro patria pugnaturi, et unusquisque in præsentia pro sua salute, et pro libertate in posterum, ex hostibus vero Athenienses quidem pro alieno solo ut proprium haberent, neve domesticum victi detrimento afficerent, Argivi vero et qui ex sociis liberi erant, ut et illos adjuvarent in quærendis rebus illis, quarum causa venerant, utque suam quique patriam victores reviserent; qui vero ex sociis non sui juris erant, præcipue quidem animum alacrem habebant propterea, quod in præsenti salus sperari non poterat, nisi vicissent, deinde vero obiter etiam, si forte, ubi etiam aliam quam gentem una cum Atheniensibus subegissent, ipsis levior esset parendi necessitas.

LXX. Quum autem ad manus ventum esset, diu alteri alteris resistebant, et contigit, ut simul et aliquot tonitrua et fulgura et ingens pluvia existerent, quamobrem illis quidem, qui tunc primum pugnabant et in bellis minime versati erant, hoc etiam terrorem augebat; iis vero, qui peritiores erant, ea quæ fiebant, propter anni tempus fieri videbantur, sed illud ipsis majorem terrorem incutiebat, quod adversarii non vincerentur. (2) Quum autem primi Argivi lævum Syracusanorum cornu pepulissent, et post eos Athenienses agmen sibi oppositum, tunc et reliquus

γνυτο ἤδη καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα τῶν Συρακοσίων καὶ ἐς φυγὴν κατέστη. (3) Καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν οἱ Ἀθηναῖοι (οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων πολλοὶ ὄντες καὶ ἀήσσητοι εἶργον, καὶ ἐσβαλόντες ἐς τοὺς ὁπλίτας αὐτῶν, εἴ τινας προδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστελλον), ἐπακολουθήσαντες δὲ ἀθρόοι ὅσον ἀσφαλῶς εἶχε πάλιν ἐπανεχώρουν καὶ τροπαῖον ἵστασαν. (4) Οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀθροισθέντες ἐς τὴν Ἐλωρινὴν ὁδὸν καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων ξυνταξάμενοι ἔς τε τὸ Ὀλυμπιεῖον ὅμως σφῶν αὐτῶν παρέπεμψαν φυλακήν, δείσαντες μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τῶν χρημάτων ἃ ἦν αὐτόθι κινήσωσιν, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπανεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

LXXI. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς μὲν τὸ ἱερὸν οὐκ ἦλθον, ξυγκομίσαντες δὲ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς καὶ ἐπὶ πυρὰν ἐπιθέντες ηὐλίσαντο αὐτοῦ. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῖς μὲν Συρακοσίοις ἀπέδοσαν ὑποσπόνδους τοὺς νεκρούς (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων περὶ ἑξήκοντα καὶ διακοσίους), τῶν δὲ σφετέρων τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὡς πεντήκοντα), καὶ τὰ τῶν πολεμίων σκῦλα ἔχοντες ἀπέπλευσαν ἐς Κατάνην· (2) χειμών τε γὰρ ἦν, καὶ τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὔπω ἐδόκει δυνατὸν εἶναι, πρὶν ἂν ἱππέας τε μεταπέμψωσιν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν καὶ ἐκ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων ἀγείρωσιν, ὅπως μὴ παντάπασιν ἱπποκρατῶνται, καὶ χρήματα δὲ ἅμα αὐτόθεν τε ξυλλέξωνται καὶ παρ' Ἀθηναίων ἔλθῃ, τῶν τε πόλεών τινας προσαγάγωνται, ἃς ἤλπιζον μετὰ τὴν μάχην μᾶλλον σφῶν ὑπακούσεσθαι, τά τε ἄλλα καὶ σῖτον καὶ ὅσων δέοι παρασκευάσωνται ὡς ἐς τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις.

LXXII. Καὶ οἱ μὲν ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Νάξον καὶ Κατάνην διαχειμάσοντες, Συρακόσιοι δὲ τοὺς σφετέρους αὐτῶν νεκροὺς θάψαντες ἐκκλησίαν ἐποίουν. (2) Καὶ παρελθὼν αὐτοῖς Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος, ἀνὴρ καὶ ἐς τἆλλα ξύνεσιν οὐδενὸς λειπόμενος καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐμπειρίᾳ τε ἱκανὸς γενόμενος καὶ ἀνδρίᾳ ἐπιφανής, ἐθάρσυνέ τε καὶ οὐκ εἴα τῷ γεγενημένῳ ἐνδιδόναι· (3) τὴν μὲν γὰρ γνώμην αὐτῶν οὐχ ἡσσῆσθαι, τὴν δὲ ἀταξίαν βλάψαι. Οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε λειφθῆναι ὅσον εἰκὸς εἶναι, ἄλλως τε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας ὡς εἰπεῖν χειροτέχνας ἀνταγωνισαμένους. (4) Μέγα δὲ βλάψαι καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν καὶ τὴν πολυαρχίαν (ἦσαν γὰρ πεντεκαίδεκα οἱ στρατηγοὶ αὐτοῖς) τῶν τε πολλῶν τὴν ἀξύντακτον ἀναρχίαν. Ἢν δὲ ὀλίγοι τε στρατηγοὶ γένωνται ἔμπειροι καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ παρασκευάσωσι τὸ ὁπλιτικόν, οἷς τε ὅπλα μὴ ἔστιν ἐκπορίζοντες, ὅπως ὡς πλεῖστοι ἔσονται, καὶ τῇ ἄλλῃ μελέτῃ προσαναγκάζοντες, ἔφη κατὰ τὸ εἰκὸς κρατήσειν σφᾶς τῶν ἐναντίων, ἀνδρίας μὲν σφίσιν ὑπαρχούσης, εὐταξίας δ' ἐς τὰ ἔργα προσγενομένης· ἐπιδώσειν γὰρ ἀμφότερα αὐτά, τὴν μὲν μετὰ κινδύνων μελετωμένην, τὴν δ' εὐψυχίαν αὐτὴν ἑαυτῆς μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι. (5) Τούς τε στρα-

Syracusanorum exercitus perrumpebatur et fugere cœpit. (3) Sed Athenienses non longe persecuti sunt (nam Syracusanorum equites, qui permulti iique invicti erant, prohibebant, et impressione facta in gravem ipsorum armaturam, si quos longius insequentes animadvertissent, eos reprimebant), sed conferti, quoad tuto poterant, persecuti, retro se recipiebant et tropæum statuebant. (4) Syracusani vero, in via Helorina congregati et pro præsenti rerum facultate in acie constituti, præsidium tamen e suorum numero ad Olympieum miserunt, veriti ne Athenienses pecunias, quæ illic erant, amoverent, et ceteri in urbem redierunt.

LXXI. Athenienses vero ad templum quidem non iverunt, sed congestis suorum cadaveribus ac pyræ impositis in loco pernoctarunt. Postero vero die Syracusanis quidem sua cadavera fide publica interposita reddiderunt (perierunt vero eorum et sociorum ad ducentos et sexaginta), suorum vero ossa collegerunt (perierunt vero eorum et sociorum ad quinquaginta), et cum hostium spoliis Catanam navigarunt; (2) nam et erat hiems, et bellum illinc nondum administrari posse videbatur, priusquam et equites arcesserent Athenis, et ex sociis illic incolentibus cogerent, ne prorsus equitatu superarentur, et vero pecunias simul et illic colligerent et aliæ Athenis afferrentur, civitatesque aliquas sibi adjungerent, quas post hanc pugnam sibi facilius obtemperaturas sperabant, itemque quum alia, tum etiam commeatum et cetera, quibus opus esset, præparassent, quod ineunte vere Syracusas aggredi statuissent.

LXXII. Atque hi quidem hoc consilio Naxum et Catanam navigarunt, ut illic hibernarent; Syracusani vero suis mortuis sepultis concionem cogebant. (2) Atque in medium progresus Hermocrates, Hermonis filius, vir quum ceteris in rebus prudentia nulli secundus, tum etiam rerum bellicarum peritia satis instructus et fortitudine insignis confirmabat eos, neque propter id, quod acciderat, animum despondere sinebat; (3) non enim animum eorum superatum esse, sed ordinum confusionem nocuisse. Neque tamen eos adeo superatos esse, ut verisimile fuerit, præsertim quod idiotæ ac propemodum operarii cum iis pugnassent, qui rei militaris peritia primi Græcorum censerentur. (4) Magnum vero damnum attulisse etiam ducum multitudinem et imperatorum turbam (erant enim iis quindecim duces) et confusam multorum manum, nullius imperio parentem. Quod si pauci iique periti imperatores essent, atque per eam hiemem gravis armaturæ milites præpararent, et arma subministrantes iis, quibus deessent, ut quam maximus esset militum gravis armaturæ numerus, et in ceteris rei bellicæ studiis eos sese exercere cogerent, affirmabat, ipsos verisimile esse adversariis superiores futuros, quod fortitudo quidem iis jam adesset, ordinis vero conservatio in rebus gerendis esset accessura; hæc enim ambo progressus esse factura, hanc quidem, quod inter pericula addisceretur, animi vero præsentiam conjunctam cum fiducia scientiæ confidentiorem quam antea fore. (5) Imperatores vero et paucos et cum

τηγοὺς καὶ ὀλίγους καὶ αὐτοκράτορας χρῆναι ἑλέσθαι, καὶ ὀμόσαι αὐτοῖς τὸ ὅρκιον ἦ μὴν ἐάσειν ἄρχειν ὅπῃ ἂν ἐπίστωνται· οὕτω γὰρ ἅ τε κρύπτεσθαι δεῖ μᾶλλον ἂν στέγεσθαι, καὶ τἆλλα κατὰ κόσμον καὶ ἀπροφασίστως παρασκευασθῆναι.

LXXIII. Καὶ οἱ Συρακόσιοι αὐτοῦ ἀκούσαντες ἐψηφίσαντό τε πάντα ὡς ἐκέλευεν, καὶ στρατηγὸν αὐτόν τε εἵλοντο τὸν Ἑρμοκράτην καὶ Ἡρακλείδην τὸν Λυσιμάχου καὶ Σικανὸν τὸν Ἐξηκέστου, τούτους τρεῖς, (2) καὶ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπέστειλαν, ὅπως ξυμμαχία τε αὐτοῖς παραγένηται καὶ τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον βεβαιότερον πείθωσι ποιεῖσθαι ἐκ τοῦ προφανοῦς ὑπὲρ σφῶν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἵνα ἢ ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀπαγάγωσιν αὐτοὺς ἢ πρὸς τὸ ἐν Σικελίᾳ στράτευμα ἧσσον ὠφελίαν ἄλλην ἐπιπέμπωσιν.

LXXIV. Τὸ δ' ἐν τῇ Κατάνῃ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων ἔπλευσεν εὐθὺς ἐπὶ Μεσσήνην ὡς προδοθησομένην. Καὶ ἃ μὲν ἐπράσσετο οὐκ ἐγένετο· Ἀλκιβιάδης γὰρ ὅτ' ἀπῄει ἐκ τῆς ἀρχῆς ἤδη μετάπεμπτος, ἐπιστάμενος ὅτι φεύξοιτο, μηνύει τοῖς τῶν Συρακοσίων φίλοις τοῖς ἐν τῇ Μεσσήνῃ ξυνειδὼς τὸ μέλλον· οἱ δὲ τούς τε ἄνδρας διέφθειραν πρότερον, καὶ τότε στασιάζοντες καὶ ἐν ὅπλοις ὄντες ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους οἱ ταῦτα βουλόμενοι. (2) Ἡμέρας δὲ μείναντες περὶ τρεισκαίδεκα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἐχειμάζοντο καὶ τὰ ἐπιτήδεια οὐκ εἶχον καὶ προυχώρει οὐδέν, ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ σταύρωμα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι αὐτοῦ διεχείμαζον· καὶ τριήρη ἀπέστειλαν ἐς τὰς Ἀθήνας ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας, ὅπως ἅμα τῷ ἦρι παραγένωνται.

LXXV. Ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι ἐν τῷ χειμῶνι πρός τε τῇ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν, ὅπως μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὦσιν ἢν ἄρα σφάλλωνται, καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον, καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο· καὶ τὴν θάλασσαν προεσταύρωσαν πανταχῇ ᾗ ἀποβάσεις ἦσαν. (2) Καὶ τοὺς Ἀθηναίους εἰδότες ἐν τῇ Νάξῳ χειμάζοντας ἐστράτευσαν πανδημεὶ ἐπὶ τὴν Κατάνην, καὶ τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον καὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων σκηνὰς καὶ τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσαντες ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. (3) Καὶ πυνθανόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἐς τὴν Καμάριναν κατὰ τὴν ἐπὶ Λάχητος γενομένην ξυμμαχίαν πρεσβεύεσθαι, εἴ πως προσαγάγοιντο αὐτούς, ἀντεπρεσβεύοντο καὶ αὐτοί· ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως σφίσι μήτ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν, ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν ὁρῶντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῇ μάχῃ εὖ πράξαντας, προσχωρῶσι δ' αὐτοῖς κατὰ τὴν προτέραν φιλίαν πεισθέντες. (4) Ἀφικομένων οὖν ἐκ μὲν Συρακουσῶν Ἑρμοκράτους καὶ ἄλλων ἐς τὴν Καμάριναν, ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηναίων Εὐφήμου μεθ' ἑτέρων, ὁ Ἑρμοκράτης ξυλλόγου γενομένου τῶν Καμαριναίων βουλόμενος προδιαβαλεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἔλεγε τοιάδε·

summa potestate creandos, et religioso jurejurando promittendum iis, fore, ut populus eos imperare sinat ita, ut ipsorum intelligentia ferret; sic enim et ea, quæ sint celanda, facilius celatum iri, et cetera recte atque ordine et sine ulla tergiversatione præparatum iri.

LXXIII. Atque Syracusani quum eum audissent, omnia in ejus sententiam decreverunt, imperatoremque crearunt et ipsum Hermocratem et Heraclidem Lysimachi et Sicanum Execesti filium, hos tres, (2) Corinthumque et Lacedæmonem legatos miserunt, ut auxilia sibi mitterentur, utque Lacedæmoniis persuadèrent, ut bellum adversus Athenienses majore studio propalam pro se administrarent, quo eos vel a Sicilia abducerent vel ad exercitum, qui in Sicilia erat, aliud auxilium mittere minus possent.

LXXIV. Classis autem Atheniensium, quæ ad Catanam erat, Messanam versus continuo navigavit, quod eam per proditionem captum iri sperarent. Et quæ struebantur, non successerunt; Alcibiades enim quum jam abiret imperio revocatus, sciens se exsulem fore, Syracusanorum amicis, qui Messanæ erant, futuram urbis proditionem, cujus erat conscius, indicavit; illi vero et homines interfecerunt prius, et tunc, quum ob seditionem ortam in armis essent, ii qui hoc volebant, obtinebant, ne Athenienses reciperentur. (2) Athenienses vero castris illic tredecim circiter dies habitis quum tempestate jactarentur neque commeatum haberent neque quicquam succederet, Naxum reversi classe vallo munita illic hibernarunt; et triremem Athenas miserunt pecuniarum et equitatus gratia, ut hæc primo vere statim adessent.

LXXV. Per eam hiemem Syracusani quoque murum excitabant et prope urbem a tota illa parte, quæ Epipolas spectat, Temeniten complexi, ne, si forte cladem aliquam accepissent, propter angustiorem urbis ambitum facile circumvallarentur, et Megara castellum muniebant, et alterum in Olympieo, et mare etiam, quacumque ex parte exscensus e navibus fieri poterat, vallo præclusum muniverunt. (2) Et quum scirent Athenienses apud Naxum hibernare, cum universis copiis expeditionem adversus Catanam susceperunt, et agrum eorum vastarunt, et Atheniensium tentoriis castrisque incensis domum redierunt. (3) Præterea quum intellexissent, Athenienses Camarinam legatos misisse pro jure societatis sub Lachete duce initæ, si quo pacto eos sibi adjungere possent, ipsi quoque vicissim per legatos agebant; Camarinæi enim iis erant suspecti, ne non alacriter sibi neque ea misissent, quæ ad superiorem pugnam miserant, et ne deinceps opem ferre recusarent, quum viderent, Athenienses in prœlio rem feliciter gessisse, sed veteris amicitiæ jure adducti se iis adjungerent. (4) Quum igitur Syracusis quidem Hermocrates aliique Camarinam pervenissent, ab Atheniensibus vero Euphemus cum aliis, Hermocrates coacto Camarinæorum concilio invidiam Atheniensibus ante conflare volens, hanc habuit orationem :

LXXVI. « Οὐ τὴν παροῦσαν δύναμιν τῶν Ἀθηναίων, ὦ Καμαριναῖοι, μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε, δείσαντες ἐπρεσβευσάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους, πρίν τι καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, μὴ ὑμᾶς πείσωσιν. (2) Ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν Σικελίαν προφάσει μὲν ᾗ πυνθάνεσθε, διανοίᾳ δὲ ἣν πάντες ὑπονοοῦμεν· καί μοι δοκοῦσιν οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι. Οὐ γὰρ δὴ εὔλογον τὰς μὲν ἐκεῖ πόλεις ἀναστάτους ποιεῖν, τὰς δὲ ἐνθάδε κατοικίζειν, καὶ Λεοντίνων μὲν Χαλκιδέων ὄντων κατὰ τὸ ξυγγενὲς κήδεσθαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ, ὧν οἵδε ἄποικοί εἰσι, δουλωσαμένους ἔχειν. (3) Τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ ἐκεῖνά τε ἔσχον καὶ τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται· ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ, τοὺς μὲν λιποστρατίαν, τοὺς δ' ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν, τοῖς δ' ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπενεγκόντες κατεστρέψαντο. (4) Καὶ οὐ περὶ τῆς ἐλευθερίας ἄρα οὔτε οὗτοι τῶν Ἑλλήνων οὔθ' οἱ Ἕλληνες τῆς ἑαυτῶν τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν, περὶ δὲ οἱ μὲν σφίσιν ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως, οἱ δ' ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ οὐκ ἀξυνετωτέρου κακοξυνετωτέρου δέ.

LXXVII. « Ἀλλ' οὐ γὰρ δὴ τὴν τῶν Ἀθηναίων εὐκατηγόρητον οὖσαν πόλιν νῦν ἥκομεν ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν ὅσα ἀδικεῖ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιασόμενοι ὅτι ἔχοντες παραδείγματα τῶν τ' ἐκεῖ Ἑλλήνων ὡς ἐδουλώθησαν οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταὐτὰ παρόντα σοφίσματα, Λεοντίνων τε ξυγγενῶν κατοικίσεις καὶ Ἐγεσταίων ξυμμάχων ἐπικουρίας, οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι αὐτοῖς ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν οὐδ' Ἑλλησπόντιοι καὶ νησιῶται, οἳ δεσπότην ἢ Μῆδον ἢ ἕνα γέ τινα ἀεὶ μεταβάλλοντες δουλοῦνται, ἀλλὰ Δωριῆς ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. (2) Ἢ μένομεν ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις ληφθῶμεν, εἰδότες ὅτι ταύτῃ μόνον ἁλωτοί ἐσμεν καὶ ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διιστάναι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες δύνανται κακουργεῖν; καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄποθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν;

LXXVIII. « Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε τὸν μὲν Συρακόσιον, ἑαυτὸν δ' οὒ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπέρ γε τῆς ἐμῆς κινδυνεύειν, ἐνθυμηθήτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον, ἐν ἴσῳ δὲ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ μαχούμενος, τοσούτῳ δὲ καὶ ἀσφαλέστερον ὅσῳ οὐ προδιεφθαρμένου ἐμοῦ ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ καὶ οὐκ ἐρῆμος ἀγωνιεῖται· τόν τε Ἀθηναῖον μὴ τὴν τοῦ Συρακοσίου ἔχθραν κολάσασθαι, τῇ δ' ἐμῇ προφάσει τὴν ἐκείνου φιλίαν οὐχ ἧσσον βεβαιώσασθαι βούλεσθαι. (2) Εἴ τέ τις φθονεῖ μὲν ἢ καὶ φο-

LXXVI. « Non ideo legati ad vos sumus, viri Camarinæi, quod vereamur, ne præsentibus Atheniensium copiis terreamini, sed potius ne orationibus illorum, quibus usuri sunt, priusquam aliquid a nobis quoque dictum audieritis, vobis persuadeant. (2) Venerunt enim in Siciliam prætextu quidem eo, quem audistis, consilio vero eo, quod omnes suspicamur; et mihi videntur non Leontinos velle in suas sedes restituere, sed potius nos ex nostris expellere. Nec enim rationi consentaneum videtur, eas quidem urbes, quæ illic sunt, evertere, eas vero, quæ hic sunt, condere, et de Leontinis quidem, qui sunt Chalcidenses, propter cognationis jus solicitos esse, Chalcidenses vero, qui sunt in Eubœa, quorum isti sunt coloni, servitute oppressos habere. (3) Sed eadem ratione et illas res occuparunt, et has nunc occupare conantur; quum enim et Iones ceterique socii, quotquot eorum erant coloni, imperium ad eos ultro detulissent, ut scilicet Medum ulciscerentur, eorum alios desertæ militiæ crimine, alios, quod inter se bellum gererent, alios alio objecto specioso crimine, ut in quibusque reperire poterant, in servitutem redegerunt. (4) Ergo non pro libertate neque hi pro Græcorum neque Græci pro sua Medis restiterunt, sed alii quidem, ut sibi non autem illis serviretur, alii vero, ut domino mutato alium haberent, cujus non minor sed pejor prudentia esset.

LXXVII. « Quanquam non propterea nunc venimus, ut quanta criminum copia suppetat adversus Atheniensium civitatem demonstremus, inter scientes, quot sint ejus injuriæ, sed multo magis ut nosmet ipsos accusemus, quod quum habeamus ob oculos exempla Græcorum, qui illic sunt, quomodo in servitutem ab iis redacti sint, dum sibi ipsis opem non ferunt, et nunc eadem ista fraudulenta commenta nobis admota, Leontinorum cognatorum in suam civitatem restitutiones, et Egestæorum sociorum suppetias, tamen nolumus conspirantes alacriter iis ostendere, non esse hic Iones neque Hellespontios insulanosque, qui dominum aut Medum aut aliquem unum semper commutantes serviunt, sed Dorienses, qui liberi ex libera Peloponneso profecti Siciliam incolunt. (2) An exspectamus, donec oppidatim singuli capti simus, quum sciamus, nos non nisi hac una ratione capi posse, et animadvertamus eos ad hanc artem animos appellere, ut alios quidem de nobis oratione dissocient, alios spe societatis ad mutuum bellum concitent, aliis denique, prout quibusque possunt aliquid blandi dicentes, damnum faciant? et existimamus, si ejusdem terræ incola, qui remotior est, prius pereat, calamitatem ad quemlibet alium de nobis non perventuram, sed potius qui ante se in calamitatem incidat, eum solum infelicem fore?

LXXVIII. « Quod si cui forte in mentem venit, Syracusanum quidem, at non se ipsum Atheniensium esse hostem, et durum sibi putat esse pro mea patria periclitari, is cogitet, se non magis pro mea, sed pariter simul et pro sua ipsius in mea pugnaturum, idque etiam eo tutius, quod me non prius everso, sed me socium habens nec ope destitutus, pugnaturus est; Atheniensemque nolle Syracusanorum inimicitias ulcisci, sed hoc de me prætextu sumpto alterius amicitiam non minus confirmare velle. (2) Verum si quis invidet nobis, aut etiam nos metuit, (qui enim sunt potentiores,

δεῖται (ἀμφότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω), διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν ἵνα σωφρονισθῶμεν βούλεται, περιγενέσθαι δὲ ἕνεκα τῆς αὐτοῦ ἀσφαλείας, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει· οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα τῆς τε ἐπιθυμίας καὶ τῆς τύχης τὸν αὐτὸν ὁμοίως ταμίαν γενέσθαι. (3) Καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, τοῖς αὑτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθεὶς τάχ' ἂν ἴσως καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ποτὲ βουληθείη αὖθις φθονῆσαι. Ἀδύνατον δὲ προεμένῳ καὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς κινδύνους, οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων, ἐθελήσαντι προσλαβεῖν· λόγῳ μὲν γὰρ τὴν ἡμετέραν δύναμιν σώζοι ἄν τις, ἔργῳ δὲ τὴν αὑτοῦ σωτηρίαν. (4) Καὶ μάλιστα εἰκὸς ἦν ὑμᾶς, ὦ Καμαριναῖοι, ὁμόρους ὄντας καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας προορᾶσθαι αὐτὰ καὶ μὴ μαλακῶς ὥσπερ νῦν ξυμμαχεῖν, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἰόντας, ἅπερ εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν, φαίνεσθαι. Ἀλλ' οὔθ' ὑμεῖς νῦν γέ πω οὔθ' οἱ ἄλλοι ἐπὶ ταῦτα ὥρμησθε.

LXXIX. « Δειλίᾳ δὲ ἴσως τὸ δίκαιον πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας θεραπεύσετε, λέγοντες ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν πρὸς Ἀθηναίους· ἥν γε οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ, καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων καὶ μὴ αὐτοὶ ὥσπερ νῦν τοὺς πέλας ἀδικῶσιν, (2) ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι ὄντες Χαλκιδῆς Χαλκιδέας ὄντας Λεοντίνους ἐθέλουσι ξυγκατοικίζειν. Καὶ δεινὸν εἰ ἐκεῖνοι μὲν τὸ ἔργον τοῦ καλοῦ δικαιώματος ὑποπτεύοντες ἀλόγως σωφρονοῦσιν, ὑμεῖς δ' εὐλόγῳ προφάσει τοὺς μὲν φύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν, τοὺς δὲ ἔτι μᾶλλον φύσει ξυγγενεῖς μετὰ τῶν ἐχθίστων διαφθεῖραι. (3) Ἀλλ' οὐ δίκαιον, ἀμύνειν δὲ καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἢν ἡμεῖς ξυστῶμεν πάντες δεινή ἐστιν, ἀλλ' ἤν ὅπερ οὗτοι σπεύδουσι τἀναντία διαστῶμεν, ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς μόνους ἐλθόντες καὶ μάχῃ περιγενόμενοι ἔπραξαν ἃ ἠβούλοντο, ἀπῆλθον δὲ διὰ τάχους.

LXXX. « Ὥστε οὐκ ἀθρόους γε ὄντας εἰκὸς ἀθυμεῖν, ἰέναι δὲ ἐς τὴν ξυμμαχίαν προθυμότερον, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου παρεσομένης ὠφελίας, οἳ τῶν δε κρείσσους εἰσὶ τὸ παράπαν τὰ πολέμια· καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμήθειαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν. (2) Οὐ γὰρ ἔργῳ ἴσον ὥσπερ τῷ δικαιώματί ἐστιν. Εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας ὅ τε παθὼν σφαλήσεται καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, τί ἄλλο ἢ τῇ αὐτῇ ἀπουσίᾳ τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι, τοὺς δὲ οὐκ ἐκωλύσατε κακοὺς γενέσθαι; καίτοι κάλλιον τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ἅμα ξυγγενέσι προσθεμένους τήν τε κοινὴν ὠφελίαν τῇ Σικελίᾳ φυλάξαι καὶ τοὺς Ἀθηναίους φίλους δὴ ὄντας μὴ ἐᾶσαι ἁμαρτεῖν. (3) Ξυνελόντες τε λέγομεν οἱ Συρακόσιοι ἐκδιδάσκειν μὲν οὐδὲν ἔργον εἶναι σαφῶς οὔτε ὑμᾶς οὔτε τοὺς ἄλλους περὶ ὧν αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον γιγνώσκετε· δεόμεθα

utroque hoc incommodo premuntur), et ideo Syracusas damno quidem affici cupit, ut simus modestiores, superstites tamen esse propter suam ipsius incolumitatem, is spem ponit in quadam consilii temperatione, quæ non cadit in humanam potentiam; fieri enim non potest, ut idem simul et cupiditatis et fortunæ pariter sit arbiter. (3) Quare si frustretur opinione, suorum malorum dolore demersus etiam cupiverit forsitan, ut meis bonis aliquando rursus invidere possit. Sed hujus rei nulla facultas est ei, qui nos deseruerit, et qui non eadem pericula, eaque non de verbis sed de rebus, nobiscum suscipere voluerit; nam nomine quidem nostram potentiam, sed re ipsa suam ipsius salutem tuebitur. (4) Et sane præcipue vos decebat, Camarinæi, qui estis finitimi et secundo loco periclitaturi, ea prospicere, neque segniter, ut nunc, auxilium nobis ferre, sed potius ipsos ad nos venire, et quæ a nobis, si Athenienses in Camarinæum agrum primum venissent, pro necessitate vestra postulavissetis, ad ea pariter nunc quoque nos adhortari, ne quid concedamus. Sed neque vos adhuc neque ceteri has cogitationes suscepistis.

bat, et pecuniarum inopiam, et esse illic quosdam, qui res in Atheniensium potestatem venire cuperent, et qui nuntios ad se mitterent, ne discederet; simul etiam quia naves certe eum jam magis quam antea fiducia commovebant. (2) Demosthenes vero de remanendo in obsidione nullo modo assentiebatur; si autem sine Atheniensium decreto non liceret exercitum abducere, sed ibi perstandum esset, dicebat id aut Thapsum translatis castris faciendum esse, aut Catanam, unde et peditatu plerasque agri circumjecti partes invadentes et res hostium diripientes victum sibi paraturi illisque damnum illaturi essent, et navibus in alto, nec in angustiis, quæ pro hostibus magis facerent, prœlia commissuri essent, sed in amplo spatio, ubi ex sua peritia fructum perciperent, et se recipiendi et hostem invadendi liberam facultatem haberent, non ex brevi circumscriptoque spatio provehentes et revertentes. (3) In summa nullo modo sibi placere dicebat, in eodem loco diutius manere, sed quam celerrime jam et sine ulla cunctatione castris motis abire. Et Eurymedon ejus orationem comprobabat. (4) Sed contradicente Nicia segnities quædam et cunctatio incedebat, et simul etiam suspicio, ne Nicias, quod aliquid amplius nosset, hæc affirmaret. Hunc in modum Athenienses quidem cunctati sunt et in loco permanserunt.

L. Gylippus vero et Sicanus interea Syracusas redierant, Sicanus quidem infecto Agrigenti negotio (nam quum adhuc Gelæ esset, illa factio, quæ in Syracusanorum gratiam amicitiam cum iis constituere voluerat, in exilium ejecta erat); Gylippus vero rediit secum adducens quum alium magnum exercitum ex Sicilia collectum, tum etiam illos gravis armaturæ milites, qui vere in onerariis navibus ex Peloponneso missi venerant ex Africa Selinuntem. (2) Quum enim in Africam delati essent, et duas triremes et navigationis duces a Cyrenæis datos accepissent, et in ipsa prætervectione Euesperitis, qui ab Afris obsidebantur, opem tulissent, Afrosque superassent, et illinc prætervecti Neapolim petiissent, Carthaginiense emporium, unde in Siciliam brevissimus est trajectus, duorum omnino dierum et unius noctis navigatione, illinc trajecti Selinuntem pervenerunt. (3) Et Syracusani quidem statim post illorum adventum sese præparabant, ut Athenienses utrinque rursus invaderent, et navalibus et pedestribus copiis; Atheniensium vero duces quum et alium exercitum iis accessisse viderent, et res suas non in melius progredi, sed quotidie ex omni parte pejus se habere, præcipue vero infirma hominum valetudine premi, et pœnitebat, quod non antea motis castris abiissent, et quum ne Nicias quidem amplius æque iis adversaretur, nisi quod palam certe suffragia ferri nollet, omnibus abitionem ex castris edixerunt, quam occultissime poterant, utque expediti essent, quum quis signum daret. (4) Et jam discessuris iis, postquam res paratæ erant, luna defecit; erat enim forte plenilunium. Atque Athenienses et plerique omnes hortabantur duces ad subsistendum, rem in religionem trahentes, et Nicias (erat enim vel nimium omini-

τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος) οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρίν, ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη. Καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις μελλήσασι διὰ τοῦτο ἡ μονὴ ἐγεγένητο.

LI. Οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ μήτε πεζῷ (οὐ γὰρ ἂν τὸν ἔκπλουν ἐπιβουλεῦσαι), καὶ ἅμα οὐ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄλλοσέ ποι τῆς Σικελίας καθεζομένους χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ ὡς τάχιστα, καὶ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει, ἀναγκάσαι αὐτοὺς ναυμαχεῖν. (2) Τὰς οὖν ναῦς ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. Ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον, καὶ ἐπεξελθόντος μέρους τινὸς οὐ πολλοῦ καὶ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων κατά τινας πύλας ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν τινὰς καὶ τρεψάμενοι καταδιώκουσιν· οὔσης δὲ στενῆς τῆς ἐσόδου οἱ Ἀθηναῖοι ἵππους τε ἑβδομήκοντα ἀπολλύασι καὶ τῶν ὁπλιτῶν οὐ πολλούς.

LII. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακοσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ ταῖς τε ναυσὶν ἐκπλέουσιν οὔσαις ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα πρὸς τὰ τείχη ἐχώρουν. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀντανῆγον ναυσὶν ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ προσμίξαντες ἐναυμάχουν. (2) Καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων καὶ βουλόμενον περικλήσασθαι τὰς ναῦς τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπεξαγαγόντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον, νικήσαντες οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὸ μέσον πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος καὶ αὐτόν τε διαφθείρουσι καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ ναῦς ἐπισπομένας· ἔπειτα δὲ καὶ τὰς πάσας ἤδη ναῦς τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν.

LIII. Ὁ δὲ Γύλιππος ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν πολεμίων νικωμένας καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας, βουλόμενος διαφθείρειν τοὺς ἐκβαίνοντας καὶ τὰς ναῦς ῥᾷον τοὺς Συρακοσίους ἀφέλκειν τῆς γῆς φιλίας οὔσης, παρεβοήθει ἐπὶ τὴν χηλὴν μέρος τι ἔχων τῆς στρατιᾶς. (2) Καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοί (οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις ταύτῃ) ὁρῶντες ἀτάκτως προσφερομένους, ἐπεκβοηθήσαντες καὶ προσπεσόντες τοῖς πρώτοις τρέπουσι καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν λίμνην τὴν Λυσιμέλειαν καλουμένην. (3) Ὕστερον δὲ πλείονος ἤδη τοῦ στρατεύματος παρόντος τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιβοηθήσαντες καὶ δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἐς μάχην τε κατέστησαν πρὸς αὐτοὺς καὶ νικήσαντες ἐπεδίωξαν, καὶ ὁπλίτας τε οὐ πολλοὺς ἀπέκτειναν καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον, δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔλαβον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν. (4) Καὶ ἐπὶ τὰς λοιπάς, ἐμπρῆσαι

bus et rebus hujusmodi deditus) dixit, se ne permissurum quidem amplius, ut de castris ante movendis deliberaretur, priusquam ter novem dies mansissent, ut vates præcipiebant. Atque Atheniensibus quidem, quum moram interposuissent, hanc ab causam accidit, ut permanerent.

LI. Syracusani vero quum hoc et ipsi intellexissent, animis multo magis erecti erant, ne remissius agerent adversus Athenienses, quod vel ipsi jam dejectis animis agnoscerent, se neque classe neque peditatu Syracusanis amplius superiores esse (alioquin enim eos furtivam abitionem non molituros fuisse), et simul quod nollent eos in aliqua alia Siciliæ parte considere, ubi oppugnatu difficiliores essent, sed illic primo quoque tempore et in loco sibi commodo eos ad prœlium navale committendum adigere. (2) Naves igitur instruere cœperunt, et aliquot dies, quot iis satis esse videbantur, se exercebant. Postquam vero tempus opportunum aderat, priore quidem die Atheniensium munitiones oppugnabant, quumque quædam non magna manus et gravis armaturæ militum et equitum per quasdam portas eruptionem in eos fecisset, nonnullos gravis armaturæ milites interceperunt, et ceteros in fugam versos persecuti sunt; quum autem angustus esset introitus, Athenienses amiserunt septuaginta equos, et milites non multos.

LII. Atque hoc quidem die Syracusanorum exercitus se recepit; postero vero die et navibus prodierunt, quæ sex et septuaginta erant, et peditatu simul ad munitiones pergebant. Athenienses vero cum sex et octoginta navibus obviam iis occurrebant, et quum ad manus venissent, prœlium navale committebant. (2) Et Eurymedontem, qui dextrum Atheniensium cornu tenebat, quum adversariorum naves circumcludere vellet, et ideo navium agmen produxisset propius terram, Syracusani sociique quum primo mediam Atheniensium aciem vicissent, illum quoque in concavo portus atque intimo ejus recessu interceperunt, et quum ipsum, tum etiam naves, quæ eum sequebantur, profligarunt; deinde vero reliquam etiam Atheniensium classem jam insequebantur et in terram elidebant.

LIII. Gylippus vero, cernens hostium classem jam superari, et extra vallum et castra sua deferri, cupiens eos profligare, qui in terram egrederentur, et efficere ut Syracusani naves facilius retraherent, quod ab amicis terra teneretur, ad portus crepidinem cum quadam copiarum parte accurrit. (2) Atque Hetrusci (hi enim Atheniensibus illic excubabant) quum eos incomposite adventantes animadverterent, in eos eruptionem fecerunt, et impressione in primos facta, eos in fugam conjecerunt, et in paludem nomine Lysimeleam deturbarunt. (3) Postea vero quum major jam Syracusanorum sociorumque manus advenisset, ipsi quoque Athenienses subsidio venerunt, suis navibus timentes, et cum iis prœlium commiserunt, victosque persecuti sunt, et gravis armaturæ milites non multos interfecerunt, et navium majorem quidem partem conservarunt et in castra reduxerunt, sed earum duodeviginti Syracusani sociique ceperunt, omnesque viros interfecerunt. (4) Et in ceteras, quas con

βουλόμενοι, ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες (ἦν γὰρ ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ ἄνεμος οὔριος) ἀφεῖσαν τὴν ναῦν πῦρ ἐμβαλόντες. Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα, καὶ παύσαντες τὴν φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

LIV. Μετὰ δὲ τοῦτο Συρακόσιοι μὲν τῆς τε ναυμαχίας τροπαῖον ἔστησαν καὶ τῆς ἄνω τῆς πρὸς τῷ τείχει ἀπολήψεως τῶν ὁπλιτῶν, ὅθεν καὶ τοὺς ἵππους ἔλαβον, Ἀθηναῖοι δὲ ἧς τε οἱ Τυρσηνοὶ τροπῆς ἐποιήσαντο τῶν πεζῶν ἐς τὴν λίμνην καὶ ἧς αὐτοὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ.

LV. Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης τοῖς Συρακοσίοις λαμπρᾶς ἤδη καὶ τοῦ ναυτικοῦ (πρότερον μὲν γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας) οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατείας ὁ μετάμελος. (2) Πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες, δημοκρατουμέναις τε ὥσπερ καὶ αὐτοί, καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτ᾽ ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ᾽ ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσους ὄντας, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω, τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν, καὶ ἐπειδή γε καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι.

LVI. Οἱ δὲ Συρακόσιοι τόν τε λιμένα εὐθὺς παρέπλεον ἀδεῶς καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ διενοοῦντο κλῄσειν, ὅπως μηκέτι μηδ᾽ εἰ βούλοιντο λάθοιεν αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἐκπλεύσαντες. (2) Οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, νομίζοντες ὅπερ ἦν, ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι, καὶ εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι· τούς τε γὰρ ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς τοὺς μὲν ἐλευθεροῦσθαι τοὺς δὲ φόβου ἀπολύεσθαι (οὐ γὰρ ἔτι δυνατὴν ἔσεσθαι τὴν ὑπόλοιπον Ἀθηναίων δύναμιν τὸν ὕστερον ἐπενεχθησόμενον πόλεμον ἐνεγκεῖν), καὶ αὐτοὶ δόξαντες αὐτῶν αἴτιοι εἶναι ὑπό τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ τῶν ἔπειτα πολὺ θαυμασθήσεσθαι. (3) Καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν κατά τε ταῦτα καὶ ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνον περιεγίγνοντο ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων, καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ αὖ μόνον ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν, ἡγεμόνες τε γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες. (4) Ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, πλήν γε δὴ τοῦ ξύμπαντος λόγου τοῦ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων.

LVII. Τοσοίδε γὰρ ἑκάτεροι ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ

cremare cupiebant, navem onerariam vetustam, quam sarmentis ac tædis onerarant (erat autem ventus in Athenienses secundus) igne injecto dimiserunt. Atque Athenienses suæ classi timentes remedia ad ignem restinguendum idonea excogitarunt, restinctaque flamma, et impedito navis onerariæ cursu, ne propius accederet, hoc periculo sunt liberati.

LIV. Postea vero Syracusani quidem tropæum erexerunt, et navalis victoriæ, et gravis armaturæ militum prius ante munitiones interceptorum, unde etiam equos ceperant, Athenienses vero et peditatus ab Hetruscis fugati et in paludem compulsi, et eorum, quos ipsi cum reliquis copiis in fugam conjecerant.

LV. Quum autem Syracusanis insignis victoria jam etiam de navalibus copiis contigisset (prius enim reformidabant classem, quæ cum Demosthene advenerat), Athenienses quidem maximum animi mœrorem conceperunt, et vehementer sibi opinione falsi esse videbantur; longe autem magis etiam belli eos pœnitebat. (2) Quod enim illis solis civitatibus bellum jam intulissent, quæ iisdem institutis uterentur, et quæ populari dominatu, ut et ipsi, regerentur, et quæ classem et equitatum et potentiam possiderent, quum etiam facultatem nullam haberent neque mutanda reipublicæ forma dissidioque excitando aliquos sibi adjungendi, neque bellico apparatu, quippe quod illi multo superiores essent, sed quum in plerisque rebus sui conatus infeliciter sibi cederent, ut antea jam inopes erant consilii, ita tunc quidem multo etiam magis, postquam navali quoque prœlio superati sunt, quod nunquam putassent.

LVI. At Syracusani statim portum prævehebantur intrepide et ejus ostium claudere cogitabant, ne Athenienses jam, etiam si vellent, clam iis exire possent. (2) Nec enim jam id modo, ut ipsi salvi essent, curæ habebant, sed etiam ut illos salutem sibi parere impedirent, existimantes, id quod res erat, et pro præsenti rerum suarum statu longe superiores suas vires esse, et si Athenienses sociosque et terra et mari superare possent, præclarum sibi certamen hoc apud Græcos visum iri; nam et ceteros Græcos confestim partim servitute, partim metu liberatum iri (reliquam enim Atheniensium potentiam nequaquam amplius satis virium habituram ad sustinendum bellum, quod iis postea inferretur), se autem, quod horum auctores fuisse viderentur, et apud ceteros mortales et apud posteros magnæ admirationi futuros. (3) Et profecto dignum erat gloria certamen illud quum his de causis, tum etiam, quod non solum Athenienses vincebant, sed etiam multos alios eorum socios, neque rursus ipsi tantum, sed etiam una cum illis, qui auxilio iis venerant, quum et duces extitissent cum Corinthiis et Lacedæmoniis et suam urbem in propugnandi pericula objecissent, et rem navalem multum promovissent. (4) Etenim plurimæ gentes ad hanc unam urbem tunc confluxerant, nulla quidem eorum ratione deducta, qui omnino in hoc bello vel Atheniensium vel ad Lacedæmoniorum urbem convenerant.

LVII. Tot enim in utraque parte vel contra Siciliam vel

περὶ Σικελίας, τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν ἐλθόντες τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες, ἐπὶ Συρακούσας ἐπολέμησαν, οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν μετ' ἀλλήλων στάντες, ἀλλ' ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκῃ ἔσχεν. (2) Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους ἑκόντες ἦλθον, καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίμοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι καὶ Ἴμβριοι καὶ Αἰγινῆται, οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον, καὶ ἔτι Ἑστιαιῆς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἄποικοι ὄντες ξυνεστράτευσαν. (3) Τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ μισθοφόροι ξυνεστράτευον. (4) Καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν Ἐρετριῆς καὶ Χαλκιδῆς καὶ Στυρῆς καὶ Καρύστιοι ἀπ' Εὐβοίας ἦσαν, ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήνιοι, ἐκ δ' Ἰωνίας Μιλήσιοι καὶ Σάμιοι καὶ Χῖοι. Τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο. Καὶ τὸ πλεῖστον Ἴωνες ὄντες οὗτοι πάντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων πλὴν Καρυστίων (οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες), ὑπήκοοι δ' ὄντες καὶ ἀνάγκῃ ὅμως Ἴωνές τε ἐπὶ Δωριέας ἠκολούθουν. (5) Πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολῆς, Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι ὑποτελεῖς. Οὗτοι δὲ Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο, Πλαταιῆς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατὰ τὸ ἔχθος. (6) Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι Δωριῆς ἀμφότεροι, οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι ἐπὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετ' Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον, Ῥόδιοι δὲ Ἀργεῖοι γένος Συρακοσίοις μὲν Δωριεῦσι Γελῴοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν οὖσι μετὰ Συρακοσίων στρατευομένοις ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. (7) Τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι αὐτόνομοι μέν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο· Κερκυραῖοι δὲ οὐ μόνον Δωριῆς ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς ἐπὶ Κορινθίους τε καὶ Συρακοσίους, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες τῶν δὲ ξυγγενεῖς, ἀνάγκῃ μὲν ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς, βουλήσει δὲ κατὰ ἔχθος τὸ Κορινθίων οὐχ ἧσσον εἵποντο. (8) Καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐκ Ναυπάκτου καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν. Καὶ ἔτι Μεγαρέων φυγάδες οὐ πολλοὶ Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι κατὰ ξυμφορὰν ἐμάχοντο. (9) Τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο ἤδη. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ οὐ τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας ὠφελίας Δωριῆς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν, Μαντινῆς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι καὶ τότε τοὺς μετὰ Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους, Κρῆτες δὲ καὶ Αἰτωλοὶ μισθῷ καὶ οὗτοι πεισθέντες· ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας μὴ ξὺν τοῖς

pro Sicilia bellum ad Syracusas gesserunt, qui alteros ut in subigenda terra, alteros ut in servanda juvarent, eo profecti sunt, non magis juris aliqua aut cognationis ratione inter se conjuncti, sed ut quique vel casu vel utilitate vel necessitate adducti erant. (2) Atque ipsi quidem Athenienses, qui erant Iones, contra Syracusanos, qui erant Dorienses, ultro venerant, et cum iis eadem lingua et iisdem præterea institutis utentes Lemnii et Imbrii et Æginetæ, qui tunc Æginam tenebant, et præterea Hestiæenses, qui Hestiæam in Eubœa sitam incolunt, eorum coloni, ejusdem militiæ socii fuerunt. (3) Ex ceteris vero, qui ad eamdem expeditionem cum iis iverant, alii erant subditi, alii socii, qui suis legibus vivebant, nonnulli etiam mercede conducti. (4) Atque ex subditis quidem et tributariis Eretrienses et Chalcidenses et Styrenses et Carystii ex Eubœa erant; ex insulis vero Cei et Andrii et Tenii; ex Ionia vero Milesii et Samii et Chii. Inter hos autem Chii, tributorum immunes, et tantum navibus suppeditandis obnoxii, liberi secuti erant. Atque horum plerique omnes Iones sunt, et ab Atheniensibus oriundi, præter Carystios (hi vero sunt Dryopes), quum autem subditi essent, etiam necessitate, Iones contra Dorienses sequebantur. (5) Præter hos autem Æolenses, Methymnæi quidem, (qui naves tantum, nullum vero tributum pendebant, Tenedii vero et Ænii vectigales. Hi vero Æolenses cum Bœotis Æolensibus, et suarum coloniarum conditoribus, qui cum Syracusanis se conjunxerant, necessitate coacti pugnabant; Platæenses vero soli Bœoti manifestissime contra Bœotos ut consentaneum erat pro eorum odio. (6) Rhodii vero et Cytherii, Dorienses utrique, alteri quidem Cytherii Lacedæmoniorum coloni, contra Lacedæmonios, qui cum Gylippo erant, cum Atheniensibus arma ferebant; Rhodii vero, qui ab Argivis erant oriundi, Syracusanis Doriensibus, quinetiam Geloïs suis colonis, qui cum Syracusanis militabant, bellum facere cogebantur. (7) Et ex insularum incolis, qui circa Peloponnesum erant, Cephallenenses et Zacynthii, liberi illi quidem, quia tamen insulas incolebant, coacti potius, quod Athenienses maris imperium obtinebant, sequebantur; at Corcyræi aperte non solum Dorienses, sed etiam Corinthii, adversus Corinthios atque Syracusanos, quamvis illorum quidem coloni, horum vero cognati, necessitate quidem, si speciosum prætextum spectes, sin animum, vel magis etiam propter odium in Corinthios sequebantur. (8) Messenii quoque, qui nunc sic appellantur, ex Naupacto et ex Pylo, quæ tunc ab Atheniensibus tenebatur, ad hoc bellum assumpti erant. Item Megarensium exsules multi cum Selinuntiis Megarensibus propter calamitatem suam pugnabant. (9) Jam vero ceteri sua sponte potius hanc expeditionem sequebantur. Nam Argivi quidem non magis societatis gratia, quam propter suum in Lacedæmonios odium, et propter suum privatum quisque ac præsens commodum Dorienses adversus Dorienses comitabantur Athenienses Iones; Mantinei vero etiam, et alii ex Arcadibus mercenarii, qui adversus quoslibet, quicumque sibi hostes proponerentur, in bellum proficisci consueverant, tunc quoque illos Arcades, qui cum Corinthiis venerant, nihilo minus lucri gratia hostium loco habebant; Cretenses vero et Ætoli mercede et ipsi adducti; accidit autem, ut Cretenses, qui cum Rhodiis Gelam condiderant,

ἀποίκοις ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. (10) Καὶ Ἀκαρνάνων τινὲς ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ ξύμμαχοι ὄντες ἐπεκούρησαν. (11) Καὶ οἵδε μὲν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὁριζόμενοι, Ἰταλιωτῶν δὲ Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων ξυνεστράτευον, καὶ Σικελιωτῶν Νάξιοι καὶ Καταναῖοι, βαρβάρων δὲ Ἐγεσταῖοι, οἵπερ ἐπηγάγοντο, καὶ Σικελῶν τὸ πλέον, καὶ τῶν ἔξω Σικελίας Τυρσηνῶν τέ τινες κατὰ διαφορὰν Συρακοσίων καὶ Ἰάπυγες μισθοφόροι. Τοσάδε μὲν μετὰ Ἀθηναίων ἔθνη ἐστράτευον,

LVIII. Συρακοσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν Καμαριναῖοι μὲν ὅμοροι ὄντες καὶ Γελῷοι οἰκοῦντες μετ' αὐτούς, ἔπειτα Ἀκραγαντίνων ἡσυχαζόντων ἐν τῷ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι. (2) Καὶ οἵδε μὲν τῆς Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νεμόμενοι, Ἱμεραῖοι δ' ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πόντον μορίου, ἐν ᾧ καὶ μόνοι Ἕλληνες οἰκοῦσιν· οὗτοι δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ μόνοι ἐβοήθησαν. (3) Καὶ Ἑλληνικὰ μὲν ἔθνη τῶν ἐν Σικελίᾳ τοσάδε, Δωριῆς τε καὶ [οἱ] αὐτόνομοι πάντες, ξυνεμάχουν, βαρβάρων δὲ Σικελοὶ μόνοι, ὅσοι μὴ ἀφέστασαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους· τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι μὲν ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενιοι, νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους καὶ Εἵλωτας (δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι), Κορίνθιοι δὲ καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι, καὶ Λευκάδιοι καὶ Ἀμπρακιῶται κατὰ τὸ ξυγγενές, ἐκ δὲ Ἀρκαδίας μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποσταλέντες, καὶ Σικυώνιοι ἀναγκαστοὶ στρατεύοντες, καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου Βοιωτοί. (4) Πρὸς δὲ τοὺς ἐπελθόντας τούτους οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέσχοντο ἅτε μεγάλας πόλεις οἰκοῦντες· καὶ γὰρ ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι καὶ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος ξυνελέγη. Καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις ὡς εἰπεῖν τοὺς ἄλλους Συρακόσιοι αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

LIX. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι τοσαίδε ξυνελέγησαν, καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν καὶ οὐκέτι οὐδὲν οὐδετέροις ἐπῆλθεν.

(2) Οἵ τε οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας ἑλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων τοσοῦτον ὄν, καὶ μηδὲ καθ' ἕτερα αὐτούς, μήτε διὰ θαλάσσης μήτε τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν. (3) Ἔκλῃον οὖν τόν τε λιμένα εὐθὺς τὸν μέγαν, ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων μάλιστα, τριήρεσι πλαγίαις καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις, ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες, καὶ τἆλλα, ἢν ἔτι ναυμαχεῖν οἱ Ἀθηναοῖι τολμήσωσι, παρεσκευάζοντο, καὶ ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν.

LX. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις τήν τε ἀπόκλῃσιν ὁρῶσι καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν αἰσθομένοις βουλευτέα ἐδόκει. (2) Καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων καὶ

non a suis colonis starent sed contra suos colonos invitos mercede allecti militarent. (10) Acarnanum quoque nonnulli simul lucri causa, multo tamen magis propter gratiam Demosthenis et benevolentiam in Athenienses, quorum socii erant, auxilium tulerunt. (11) Atque hi quidem sunt, qui intra sinus Ionii fines habitabant; ex Italicis vero populis Thurii et Metapontini, quum in hujusmodi necessitatibus tunc temporum plenorum seditionibus deprehensi essent, militiam sequebantur, et ex Siciliensibus Naxii et Catanæi, barbarorum vero Egestæi, qui etiam Athenienses arcessiverant, et Siculorum major pars, et ex iis, qui extra Siciliam habitabant, Hetruscorum nonnulli, propter inimicitias, quas cum Syracusanis gerebant, et Iapyges mercenarii. Atque tot quidem gentes cum Atheniensibus militabant;

LVIII. Contra autem Syracusanis opem tulerant Camarinæi, qui erant iis finitimi, et Geloi, qui post hos habitabant; deinde, Agrigentinis quiescentibus, Selinuntii, qui sedes supra illos habent. (2) Atque hi quidem incolebant eam Siciliæ partem, quæ Africam versus spectat; Himeræi vero ab ea parte, quæ mare Tyrrhenum spectat, in qua etiam soli ex Græcis habitant; hi vero etiam soli illinc auxilio venerant. (3) Atque tot quidem nominis Græci gentes, quæ in Sicilia sedes habebant, et Dorienses et omnes sui juris, in hoc bello Syracusanos adjuvabant; ex barbaris vero soli Siculi, quotquot non ad Athenienses defecerant; ex Græcis vero, qui sunt extra Siciliam, Lacedæmonii quidem ducem Spartanum præbentes, reliquos vero ex neodamodibus et Helotibus (neodamodum autem nomine significantur ii, qui jam liberi sunt), Corinthii vero soli simul et classe et peditatu, et Leucadii et Ambraciotæ propter cognationem profecti illuc; ex Arcadia vero mercenarii milites a Corinthiis missi, et Sicyonii per necessitatem militantes, et ex illis, qui sunt extra Peloponnesum, Bœoti. (4) Sed ad istas adventitias copias ipsi Sicilienses multitudinem longe majorem per omnia contulerunt, quippe qui magnas urbes incolerent; etenim et multi gravis armaturæ milites, et naves, et equi, et alia maxima multitudo collecta est. Et ad ceteros omnes prope dixerim rursus ipsi Syracusani plus copiarum suppeditaverunt, et propter urbis magnitudinem, et quod in maximo discrimine versabantur,

LIX. Atque hæc quidem utrorumque auxilia convenerant, et tunc jam omnia utrisque præsto erant, nec ullum præterea auxilium aut ad hos aut ad illos venit.

(2) Syracusani igitur sociique merito præclarum certamen sibi propositum esse duxerunt, si post navalem victoriam, quam adepti erant, universum etiam Atheniensium exercitum, qui tantus esset, debellassent, et illi neutra ratione, neque mari neque terra effugerent. (3) Itaque continuo magnum portum claudebant, qui octo ferme stadiorum ostium habebat, transversis triremibus et navigiis et scaphis, ancoris eas stabilientes, et cetera, si Athenienses navale prœlium adhuc committere auderent, præparabant nec in ulla re quicquam parvum animo agitabant.

LX. Athenienses autem quum hanc portus obstructionem viderent, et cetera illorum consilia intellexissent, consultandum esse censebant, (2) et congregati duces et centuriones ad præsentes difficultates quum ceterarum rerum, tum

ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι εἶχον (προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην, ὡς ἐκπλευσόμενοι ἀπεῖπον μὴ ἐπάγειν) οὔτε τὸ λοιπὸν ἔμελλον ἕξειν εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν, ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δ' αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατειχίσματι ὅσον οἷόν τ' ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς ἁπάσας, ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες πληρῶσαι, καὶ διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μή, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν ᾗ ἂν τάχιστα μέλλωσί τινος χωρίου ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ φιλίου ἀντιλήψεσθαι. (3) Καὶ οἱ μέν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν· ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει ἡλικίας μετέχων ἐπιτήδειος εἶναι. (4) Καὶ ξυνεπληρώθησαν νῆες αἱ πᾶσαι δέκα μάλιστα καὶ ἑκατόν· τοξότας τε ἐπ' αὐτὰς πολλοὺς καὶ ἀκοντιστὰς τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐσεβίβαζον, καὶ τἆλλα ὡς οἷόν τ' ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας ἐπορίσαντο. (5) Ὁ δὲ Νικίας, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ἑτοῖμα ἦν, ὁρῶν τοὺς στρατιώτας τῷ τε παρὰ τὸ εἰωθὸς πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας καὶ διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν ὡς τάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας παρεκελεύσατό τε πρῶτον καὶ ἔλεξε τοιάδε.

LXI. « Ἄνδρες στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται, περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκάστοις οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις· ἢν γὰρ κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσίν, ἔστι τῳ τὴν ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. (2) Ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν. (3) Ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων, ξυστρατευόμενοι ἀεί, μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι καὶ ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.

LXII. « Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ τοῦ λιμένος στενότητι πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευήν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν ἐκ τῶν παρόντων μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασται. (2) Καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται καὶ ὄχλος, ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει οὐκ ἂν ἐχρώμεθα διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν, ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. (3) Εὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, ᾧπερ

vero, quod commeatum nec in præsenti amplius haberent, (nam nuntiis Catanam præmissis, quippe discessuri, interdixerant, ne adveherent) nec in posterum habituri essent, nisi classe superarent, statuerunt superiores quidem munitiones deserere, prope ipsas vero naves munimento quam possent minimum loci concludere, tantum quod ad utensilia et ægrotos capiendos satis esset, atque hoc quidem præsidio tueri, reliquo vero peditatu naves omnes et validas et minus ad navigandum idoneas explere, ita ut quoslibet in eas imponerent, et navali prœlio commisso, si vincerent, Catanam se recipere, sin secus, incensa classe, pedestri itinere, agmine composito abire, qua celerrime locum aliquem aut barbaricum aut Græcum, qui amicus esset, adipisci possent. (3) Atque hi quidem, ut hæc placuerunt, sic fecerunt; nam et ex superioribus munitionibus ad littus descenderunt, omnesque naves compleverunt; cunctis eas ingredi coactis, quicumque per ætatem quoquo modo idonei esse videbantur. (4) Universæ autem naves ad centum ac decem completæ sunt; et sagittarios in eas multos jaculatoresque et Acarnanum et ceterorum peregrinorum imposuerunt, et cetera, prout in re angusta et hujus modi consilio fieri poterat, compararunt. (5) Nicias autem, rebus magna ex parte jam paratis, videns, milites animo consternatos esse, quod præter solitum navali prœlio longe superati essent, et propter commeatus inopiam velle quam celerrime belli fortunam periclitari, omnes convocatos primum est adhortatus, et dixit hæc :

LXI. « Viri milites Atheniensium et sociorum, certamen quidem, quod nobis est ineundum, pariter commune omnibus erit et de salute et patria unicuique non minus, quam hostibus; nam si vicerimus nunc navali prœlio, suam cuique civitatem revisere licebit. (2) Animum vero abjicere non oportet, nec pati idem, quod imperitissimis hominibus accidere solet, qui si primis in prœliis rem infeliciter gesserint, deinde per omnia e timore natam expectationem similem calamitatibus suis habent. (3) Sed et quotquot Atheniensium adestis, qui multa jam bella experti estis, et quotquot socii, qui semper commilitones nostri estis, estote memores, bellorum eventus incertos esse, et fortunam a nobis quoque aliquando staturam sperantes, ad pugnam priorem altera compensandam, prout decet tantam vestrum multitudinem, quantam vos ipsi videtis, vos parate.

LXII. « Quæ autem in his portus angustiis nobis profutura cognovimus adversus futuram navium turbam et adversus illorum apparatum in navium tabulatis instructum, unde prius damno afficiebamur, omnia ea nobis quoque nunc pro præsenti rerum facultate cum gubernatoribus prospecta et parata sunt. (2) Nam sagittarii multi et jaculatores in tabulata adscendent, et multitudo, qua, si navale prœlium in alto committeremus, non uteremur, quia navium onus rei nauticæ disciplinam impediret; sed hic in pedestri prœlio, quod ex navibus committere cogimur, utilis erit. (3) Præterea excogitavimus etiam, quæ adversus hostes in navium structura erant paranda, et adversus epotidum crassitudi

δὴ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεώς, ἢν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ ἐπιβάται ὑπουργῶσιν. (4) Ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν, καὶ τὸ μήτ' αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι μήτ' ἐκείνους ἐᾶν ὠφέλιμον φαίνεται, ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς, πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν ἐπέχῃ, πολεμίας οὔσης.

LXIII. « Ὧν χρὴ μεμνημένους διαμάχεσθαι ὅσον ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν, ἀλλὰ ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς μὴ πρότερον ἀξιοῦν ἀπολύεσθαι ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. (2) Καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο· ὑπάρχει δ' ἡμῖν ἔτι νῦν γε τὰ πλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. (3) Τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε καὶ δέομαι, μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχοντας καὶ τὰς ναῦς πλείους, ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι ὡς ἀξία ἐστὶ διασώσασθαι, οἳ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πολὺ πλεῖον μετείχετε. (4) Ὥστε κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες δικαίως αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοτε, καταφρονήσαντες δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ' ἀντιστῆναι οὐδεὶς ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν ἡμῖν ἠξίωσεν, ἀμύνασθε αὐτούς, καὶ δείξατε ὅτι καὶ μετ' ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης.

LXIV. « Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι οὔτε ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε οὔτε ὁπλιτῶν ἡλικίαν ὑπελίπετε, εἴ τε ξυμβήσεταί τι ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν ὑμῖν, τούς τ' ἐνθάδε πολεμίους εὐθὺς ἐπ' ἐκεῖνα πλευσουμένους καὶ τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν ἀδυνάτους ἐσομένους τούς τ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἀμύνασθαι. Καὶ οἱ μὲν ἂν ὑπὸ Συρακοσίοις εὐθὺς γίγνοισθε, οἷς αὐτοὶ ἴστε οἵᾳ γνώμῃ ἐπήλθετε, οἱ δ' ἐκεῖ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. (2) Ὥστε ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτέ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν, περὶ ὧν εἴ τίς τι ἕτερος ἑτέρου προφέρει ἢ ἐπιστήμῃ ἢ εὐψυχίᾳ, οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος αὐτός τε αὐτῷ ὠφέλιμος γένοιτο καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος. »

LXV. Ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα παρακελευσάμενος εὐθὺς ἐκέλευε πληροῦν τὰς ναῦς. Τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακοσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι, ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευήν, ὅτι ναυμαχήσουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, προηγγέλθη δ' αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν, (2) καὶ πρός τε τἆλλα ἐξηρτύσαντο ὡς ἕκαστα καὶ

nem, quæ res præcipue nobis damno erat, ferrearum manuum injectiones, quæ navem hostilem, quum invaserit, retinebunt, ne retro se recipiat, si modo vectores ea, quæ præterea opus sunt, exsequantur. (4) In eam enim necessitatem jam adducti sumus, ut pedestre prœlium ex navibus committamus; atque ut neque ipsi ab hostili classe resiliamus, neque illos resilire permittamus, utile esse apparet, præsertim quum terra sit hostilis, præter eam, quam noster peditatus obtinuerit.

LXIII. « Quorum vos memores oportet totis viribus certamen inire, nec ad eam propelli, sed quum navis cum navi confligere cœperit, non prius permittere vobis ut ab hoste dirimamini, quam de hostili tabulato milites deturbaritis. (2) Atque ad hæc non minus milites, quam nautas adhortor, quo magis eorum, qui desuper pugnant, hoc officium est; adest autem nobis nunc quoque facultas, ut magis peditatu victoriam consequamur. (3) Nautas vero adhortor, et simul obsecro, ne propter clades acceptas animo nimis consternato sitis, quum et firmiorem apparatum ex tabulatis nunc habeatis, et naves plures, et ut diligenter apud animos vestros consideretis, quam operæ pretium sit illam voluptatem conservare, quotquot de vobis antea Athenienses habiti, quamvis non essetis, et ob nostræ linguæ peritiam et ob institutorum imitationem in Græcia suspiciebamini, et imperii nostri, quod utilitatem quidem attinet, non minus, quod vero metum apud subjectos et injuriarum immunitatem, multo etiam magis participes eratis. (4) Itaque quum soli libere socii sitis imperii nostri, merito nunc illud ne prodatis, et contemptis Corinthiis, quos sæpe superastis, et Siciliensibus, quorum nullus, quamdiu nostra classis vigebat, nobis resistere est ausus, propulsate eos et ostendite vel in imbecillitate et calamitatibus vestram peritiam aliorum robore, quod secunda fortuna utitur, potentiorem esse.

LXIV. « Et Atheniensibus qui sunt inter vos, rursus hæc in memoriam redigo, neque naves alias his similes in navalibus, neque militum juventutem a vobis domi relictam esse, et si quid aliud, quam victoria, vobis eveniat, et hostes, qui hic sunt, protinus illuc navigaturos, et qui de nobis illic sunt reliqui, nequaquam satis virium habituros ad propulsandos et eos, qui illic sunt, et eos, qui præterea venient. Et alteri quidem Syracusanis statim subjecti eritis, contra quos qua mente veneritis, vos ipsi nostis, alteri vero, qui illic sunt, Lacedæmoniis. (2) Quare quum in hoc uno certamine pro utrisque constituti sitis, fortiter, si unquam alias, perdurate atque apud animos vestros reputate et pro se quique, et universi, eos, qui nunc vestrum in navibus erunt, et peditatum esse Atheniensium et classem, et reliquam civitatem, et magnum illud Athenarum nomen, pro quibus, si qua in re alius alii præstat vel peritia vel animi robore, is nunquam alias opportunius sese ostentans et sibi ipsi utilis fuerit, et universis salutaris. »

LXV. Nicias igitur, his suos adhortatus, statim imperavit, ut naves conscenderent. Gylippo autem et Syracusanis, quippe quod ipsum etiam hostium apparatum cernerent, præsentire quidem licebat, Athenienses navale prœlium inituros esse, sed certiores facti erant etiam de ferreis manibus injiciendis; (2) et quum adversus cetera omnia se

πρὸς τοῦτο· τὰς γὰρ πρῴρας καὶ τῆς νεὼς ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν ἡ χεὶρ ἐπιβαλλομένη. (3) Καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα πάντα ἦν, παρεκελεύσαντο ἐκείνοις οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος καὶ ἔλεξαν τοιάδε.

LXVI. « Ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα καὶ ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων ὁ ἀγὼν ἔσται, ὦ Συρακόσιοι καὶ ξύμμαχοι, οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν εἰδέναι (οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως αὐτῶν προθύμως ἀντελάβεσθε), καὶ εἴ τις μὴ ἐπὶ ὅσον δεῖ ᾔσθηται, σημανοῦμεν. (2) Ἀθηναίους γὰρ ἐς τὴν χώραν τήνδε ἐλθόντας πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Σικελίας καταδουλώσει, ἔπειτ' εἰ κατορθώσειαν, καὶ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ τῶν νῦν κεκτημένους, πρῶτοι ἀνθρώπων ὑποστάντες τῷ ναυτικῷ, ᾧπερ πάντα κατέσχον, τὰς μὲν νενικήκατε ἤδη ναυμαχίας, τὴν δ' ἐκ τοῦ εἰκότος νῦν νικήσετε. (3) Ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστὶν ἢ εἰ μηδ' ᾠήθησαν τὸ πρῶτον, καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν· ὃ νῦν Ἀθηναίους εἰκὸς πεπονθέναι.

LXVII. « Ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον πρότερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. (2) Τά τε τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν τῷ μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη τέ ἐστι καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ', ἐπειδὰν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρὰ τὸ καθεστηκὸς ὦσιν, πολλοὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι ὡς εἰπεῖν Ἀκαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ἐπὶ ναῦς ἀναβάντες, οἱ οὐδ' ὅπως καθεζομένους χρὴ τὸ βέλος ἀφεῖναι εὑρήσουσιν, πῶς οὐ σφαλοῦσί τε τὰς ναῦς καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς πάντες, οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινούμενοι, ταράξονται; (3) ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται, εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται· ἐν ὀλίγῳ γὰρ πολλαὶ ἀργότεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι ὧν βούλονται ἔσονται, ῥᾷσται δὲ ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. (4) Τὸ δ' ἀληθέστατον γνῶτε ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι· ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν κακῶν καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον ἢ τύχης ἀποκινδυνεύσει οὕτως ὅπως δύνανται, ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξαντες χεῖρον.

LXVIII. « Πρὸς οὖν ἀταξίαν τε τοιαύτην καὶ τύχην ἀνδρῶν ἑαυτὴν παραδεδωκυῖαν πολεμιωτάτων ὀργῇ προσμίξωμεν, καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ

instruxerunt singulatim, tum etiam adversus hoc; proras enim et superiores navium partes coriis longe lateque contexerunt, ut manus injecta laberetur, nec quicquam nancisceretur, quod apprehenderet. (3) Et postquam omnia præparata erant, duces eorum ac Gylippus eos adhortati sunt, et hanc orationem habuerunt.

LXVI. « Præclaras quidem esse res ante gestas et de præclaris rebus mox etiam certamen futurum, Syracusani et socii, et plerique nobis intelligere videmini (nec enim tanto studio res illas gerendas suscepissetis), et si quis non in quantum debet, intellexit, nos declarabimus. (2) Athenienses enim in hanc regionem profectos primum quidem, ut Siciliam subigerent, deinde vero, si rem feliciter gessissent, ut Peloponnesum etiam ceteramque Græciam, et imperium jam nunc maximum omnium tam superioris quam nostræ memoriæ Græcorum obtinentes, vos mortalium primi sustinuistis classe, qua illi cuncta obtinuerunt, et eos ceteris quidem navalibus prœliis jam vicistis, hoc vero, ut verisimile videtur, nunc vincetis. (3) Homines enim, postquam eorum vires in ea re, qua præstare putant, fractæ fuerint, multo minorem in posterum de se ipsis opinionem concipiunt, quam si nunquam antea quicquam de se tale sensissent, et præter spem superbiæ suæ frustrati etiam infra potentiæ vires succumbunt; id quod nunc Atheniensibus accidisse credibile est.

LXVII. Apud nos vero et pristina nostra virtus, qua, licet adhuc essemus imperiti, belli fortunam temptavimus, nunc validior est, et quia existimatio jam ad eam accessit, fortissimos nos esse, si fortissimos vicimus, spes uniuscujusque duplo major est; plerumque autem ad res gerendas maxima spes maximam etiam animorum alacritatem addit. (2) Atque quæ illi imitati sunt ex nostro apparatu, ea nostræ quidem consuetudini familiaria sunt, nec imparati adversus rem quamque erimus; illi vero, quando multi quidem gravis armaturæ milites præter ipsorum institutum supra tabulata steterint, multi etiam terrestres jaculatores, ut ita loquar, et Acarnanes, et alii in naves ingressi, qui ne reperient quidem, quomodo sedentes telum emittere possint, qui fieri poterit, ut ipsas naves in periculum non conjiciant, et omnes inter se ipsos perturbationem non excitent, dum non suo more sese movebunt? (3) Siquidem ne multitudo quidem navium iis proderit, si quis vestrum hoc etiam formidat, quod non cum pari navium numero sit pugnaturus; nam in exiguo spatio multæ erunt tardiores ad exsequenda ea, quæ volunt, opportunissimæ autem ad damna inferenda iis rebus, quæ nobis comparatæ sunt. (4) Quod autem verissimum est, cognoscite ex iis, quæ nos certo intellexisse arbitramur; nimia enim malorum magnitudine fracti, et præsentis difficultatis vi coacti in desperatione sunt constituti, non apparatu freti potius, quam temeritate fortunæ, quam, quoquo modo possunt, periclitari volunt, ut aut per vim navibus elabantur, aut postea itinere terrestri se recipiant, quippe qui pejore conditione nunquam sint futuri, quam nunc sunt.

LXVIII. « Adversus igitur talem confusionem et infestissimorum hominum fortunam, quæ se ipsam tradidit, iratis animis contendentes pugnam conseramus, et existimemus, simul quidem æquissimum esse in adversarios, si qui in

προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δ' ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐκγενησόμενον ἡμῖν καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. (2) Ὡς δ' ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε, οἵ γ' ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθον δουλωσόμενοι, ἐν ᾧ, εἰ κατώρθωσαν, ἀνδράσι μὲν ἂν τἄλγιστα προσέθεσαν, παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέστατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰσχίστην ἐπίκλησιν. (3) Ἀνθ' ὧν μὴ μαλακισθῆναί τινα πρέπει, μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς κέρδος νομίσαι. Τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἐὰν κρατήσωσιν ὁμοίως δράσουσιν· τὸ δὲ πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών. Καὶ κινδύνων οὗτοι σπανιώτατοι οἳ ἂν ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελῶσιν. »

LXIX. Καὶ οἱ μὲν τῶν Συρακοσίων στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρακελευσάμενοι ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθὺς ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο. (2) Ὁ δὲ Νικίας ὑπὸ τῶν παρόντων ἐκπεπληγμένος καὶ ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦν, ἐπειδὴ καὶ ὅσον οὐκ ἔμελλον ἀνάγεσθαι, καὶ νομίσας, ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσιν, πάντα τε ἔργῳ ἔτι σφίσιν ἐνδεᾶ εἶναι καὶ λόγῳ αὐτοῖς οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι, αὖθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ φυλήν, ἀξιῶν τό τε καθ' ἑαυτόν, ᾧ ὑπῆρχε λαμπρότητός τι, μὴ προδιδόναι τινά, καὶ τὰς πατρικὰς ἀρετάς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι, μὴ ἀφανίζειν, πατρίδος τε τῆς ἐλευθερωτάτης ὑπομιμνήσκων καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀνεπιτάκτου πᾶσιν ἐς τὴν δίαιταν ἐξουσίας, ἄλλα τε λέγων ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινι ἀρχαιολογεῖν φυλαξάμενοι εἴποιεν ἄν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια ἔς τε γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ θεοὺς πατρῴους προφερόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται. (3) Καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι, ἀποχωρήσας ἦγε τὸν πεζὸν πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ παρέταξεν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδύνατο, ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφελία ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο· (4) ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος (οὗτοι γὰρ ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐπέβησαν) ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος καὶ τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν, βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.

LXX. Προεξαγαγόμενοι δὲ οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν καὶ πρότερον, κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὁ πεζὸς ἅμα αὐτοῖς παραβοηθοῖ ᾗπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν. Ἦρχον δὲ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακοσίοις Σικανὸς μὲν καὶ Ἀγάθαρχος, κέρας ἑκάτερος τοῦ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ καὶ

ulciscendo nimirum eo, qui se invaserit, jure se suo putent animi iram saturare, simul vero etiam penes nos futurum inimicos propulsare, quod vel etiam proverbio dicitur suavissimum esse. (2) Inimicos autem illos atque adeo inimicissimos esse, omnes nostis, si quidem in nostram regionem nos in servitutem redacturi venerunt, quam rem si feliciter gessissent, viros quidem acerbissimis cruciatibus, liberos vero et uxores summa turpitudine affecissent, universam vero rempublicam turpissima cognomenti infamia. (3) Quibus pro rebus neminem rem molliter gerere decet, neque pro lucro ducere, si illi sine nostro periculo abeant. Hoc enim etiam si vicerint, non minus facient; si vero gestis, ut par est, rebus iis, quas volumus, et isti puniantur, et universæ Siciliæ libertatem, qua prius etiam fruebatur, firmiorem tradamus, hoc vero præclarum certamen est. Atque ea pericula sunt rarissima, quæ, si offendas, minimum damnum, si rem feliciter geras, maximas utilitates afferant. »

LXIX. Atque Syracusanorum quidem duces et Gylippus his verbis et ipsi suos milites adhortati vicissim naves suas statim implere cœperunt, postquam animadverterunt, Athenienses idem facere. (2) Nicias vero propter præsentem rerum statum animo perculsus, et animadvertens, quantum periculum, et quam vicinum jam esset, quando jamjamque hosti erant occursuri, et existimans, id quod hominibus in magnis certaminibus accidere solet, sua omnia neque re ipsa jam satis parata neque verbis satis explicata esse, iterum unumquemque trierarchorum vocabat, singulos et patrum et tribuum et propriis nominibus appellans, exigens, ut et pro se quisque, cui aliquid splendoris inesset, id ne proderet, neve illi, quorum majores illustres essent, patrias virtutes obscurarent, patriæ etiam eos admonens, quæ liberrima esset, et in qua unicuique arbitratu suo citra præscriptum vitam instituere liceret, et alia præterea commemorans, quæcumque homines in hujusmodi temporis articulo jam constituti dixerint, non caventes, ne cui inculcare res obsoletas videantur, et quæ similia pro universis, de uxoribus et de liberis et de diis patriis, proferri consueverunt, sed ea in præsenti pavore utilia dictu putantes, alta voce pronuntiant. (3) Atque hic quidem non tam quod satis esset quam quod necessarium ad milites admonendos a se dictum esse ratus, ex concione digressus peditatum ad mare ducebat, et instruxit aciem quam latissime potuit, ut iis, qui in navibus erant, hoc quam maximum esset ad fiduciam animo concipiendam adjumentum; (4) Demosthenes vero et Menander et Euthydemus (hi enim duces in Atheniensium naves adscenderant) a suorum castrorum statione solventes, sine mora navigarunt ad portus claustra et exitum in iis relictum, ut per vim erumperent.

LXX. Syracusani vero sociique quum provecti essent navibus tot numero, quot et ante habebant, et ad portus exitum cum earum parte excubias agebant, et in reliquo portu circumcirca, ut undique simul impressionem in Athenienses facerent, et peditatus simul sibi subsidio veniret, quacumque naves appellerent. Præerant autem classi apud Syracusanos Sicanus et Agatharchus, uterque unum totius aciei cornu tenens, Pythen vero et Corinthii medium tene-

LXXXV. Κατὰ δὴ τοιαύτην διαφορὰν ὄντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων πρός τε τὸν Ἀστύοχον καὶ τὸν Τισσαφέρνην, Μίνδαρος διάδοχος τῆς Ἀστυόχου ναυαρχίας ἐκ Λακεδαίμονος ἐπῆλθε, καὶ παραλαμβάνει τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ Ἀστύοχος ἀπέπλει. (2) Ξυνέπεμψε δὲ καὶ Τισσαφέρνης αὐτῷ πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαυλίτην ὄνομα, Κᾶρα δίγλωσσον, κατηγορήσοντα τῶν τε Μιλησίων περὶ τοῦ φρουρίου καὶ περὶ αὐτοῦ ἅμα ἀπολογησόμενον, εἰδὼς τούς τε Μιλησίους πορευομένους ἐπὶ καταβοῇ τῇ αὐτοῦ μάλιστα καὶ τὸν Ἑρμοκράτην μετ' αὐτῶν, ὃς ἔμελλε τὸν Τισσαφέρνην ἀποφαίνειν φθείροντα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα μετὰ Ἀλκιβιάδου καὶ ἐπαμφοτερίζοντα. (3) Ἔχθρα δὲ πρὸς αὐτὸν ἦν αὐτῷ ἀεί ποτε περὶ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀποδόσεως· καὶ τὰ τελευταῖα φυγόντος ἐκ Συρακουσῶν τοῦ Ἑρμοκράτους καὶ ἑτέρων ἡκόντων ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Συρακοσίων ἐς τὴν Μίλητον στρατηγῶν, Ποτάμιδος καὶ Μύσκωνος καὶ Δημάρχου, ἐνέκειτο ὁ Τισσαφέρνης φυγάδι ὄντι ἤδη τῷ Ἑρμοκράτει πολλῷ ἔτι μᾶλλον, καὶ κατηγόρει ἄλλα τε καὶ ὡς χρήματά ποτε αἰτήσας αὐτὸν καὶ οὐ τυχὼν τὴν ἔχθραν οἱ προθεῖτο. (4) Ὁ μὲν οὖν Ἀστύοχος καὶ οἱ Μιλήσιοι καὶ ὁ Ἑρμοκράτης ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ὁ δ' Ἀλκιβιάδης διεβεβήκει πάλιν ἤδη παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον.

LXXXVI. Καὶ οἱ ἐκ τῆς Δήλου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πρεσβευταί, οὓς τότε ἔπεμψαν παραμυθησομένους καὶ ἀναδιδάξοντας τοὺς ἐν τῇ Σάμῳ, ἀφικνοῦνται παρόντος τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ ἐκκλησίας γενομένης λέγειν ἐπεχείρουν. (2) Οἱ δὲ στρατιῶται τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελον ἀκούειν, ἀλλ' ἀποκτείνειν ἐβόων τοὺς τὸν δῆμον καταλύοντας, ἔπειτα μέντοι μόλις ἡσυχάσαντες ἤκουσαν. (3) Οἱ δ' ἀπήγγελλον ὡς οὔτ' ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς πόλεως ἡ μετάστασις γίγνοιτο ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ, οὔθ' ἵνα τοῖς πολεμίοις παραδοθῇ (ἐξεῖναι γάρ, ὅτε ἐσέβαλον ἤδη σφῶν ἀρχόντων, τοῦτο ποιῆσαι), τῶν τε πεντακισχιλίων ὅτι πάντες ἐν τῷ μέρει μεθέξουσιν, οἵ τε οἰκεῖοι αὐτῶν οὔθ' ὑβρίζονται, ὥσπερ Χαιρέας διαβάλλων ἀπήγγειλεν, οὔτε κακὸν ἔχουσιν οὐδέν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς σφετέροις αὐτῶν ἕκαστοι κατὰ χώραν μένουσιν. (4) Ἄλλα τε πολλὰ εἰπόντων οὐδὲν μᾶλλον ἐσήκουον, ἀλλ' ἐχαλέπαινον καὶ γνώμας ἄλλοι ἄλλας ἔλεγον, μάλιστα δ' ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν. Καὶ ἐδόκει Ἀλκιβιάδης πρῶτον τότε καὶ οὐδενὸς ἔλασσον τὴν πόλιν ὠφελῆσαι· ὡρμημένων γὰρ τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτούς, ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλή-

sanis. (5) Lichæ tamen hæc displicebant, et dicebat, oportere Milesios et ceteros, qui essent in regis ditione, Tissapherni inservire in iis, quæ moderata essent, et ultro officia præstare, donec bellum feliciter administrassent. Milesii vero ei succensebant et ob ista et ob alia hujusmodi, et postea eum morbo defunctum humari non permiserunt in eo loco, ubi Lacedæmonii, qui aderant, volebant.

LXXXV. Quum igitur res in hujusmodi controversia adversus Astyochum et Tissaphernem exorta constitutas haberent, Mindarus Astyochi nauarchiæ successor Lacedæmone supervenit, et imperium accepit; Astyochus vero decedebat. (2) Cum eo autem Tissaphernes quemdam ex iis, quos secum habebat, Gauliten nomine, Carem utriusque linguæ gnarum, legatum misit, qui Milesios de castello accusaret, et simul se purgaret, quum sciret, et Milesios illuc proficisci eo potissimum animo, ut in se inveherentur, et Hermocratem cum iis, qui demonstraturus erat, Tissaphernem cum Alcibiade res Peloponnesiorum labefactare, et ancipitis fidei esse. (3) Inimicitiæ autem ei cum illo semper intercedebant propter stipendii solutionem; ac tandem, quum Hermocrates Syracusis exsul factus esset aliique duces Miletum ad Syracusanorum classem venissent, Potamis et Mysco et Demarchus, instabat Tissaphernes Hermocrati jam exsulanti multo etiam acrius, eique quum alia crimini dabat, tum vero, quod, quum aliquando pecuniam a se postulasset, nec impetrasset, inimicitias secum ideo suscepisset. (4) Itaque Astyochus quidem et Milesii et Hermocrates Lacedæmonem petierunt, Alcibiades vero jam a Tissapherne Samum redierat.

LXXXVI. Legati autem, quos quadringenti ante, ut dixi, miserant ad deliniendos et accurate docendos eos, qui Sami erant, præsente Alcibiade ex Delo advenerunt, et coacta concione verba facere conabantur. (2) Milites vero primo quidem eos audire nolebant, sed interficiendos eos, qui popularem statum sustulissent, vociferabantur; deinde tamen, ægre sedato tumultu, eos audierunt. (3) Illi vero renuntiabant, rerum immutationem neque in reipublicæ perniciem, sed salutis causa factam esse, nec ut civitas hostibus proderetur (licuisse enim, quum irruptio fieret se jam in imperio constitutis, id facere), et futurum, ut, quotquot e quinque millium numero essent, per vices dignitatis participes essent; et propinquos ipsorum neque contumeliam pati, quemadmodum Chæreas criminando retulisset, neque ullo malo affici, sed apud sua quemque in loco manere. (4) Quum autem et alia multa commemorassent, nihilo magis tamen iis favebant, sed indignabantur, et alii alias sententias dicebant, præcipue vero ut ad Piræeum navigaretur. Et videbatur Alcibiades primum tunc et ita, ut nemo magis, de republica bene meritus esse; quum enim Athenienses, qui Sami erant, adversus se ipsos animi quodam impetu navigare statuissent, quod si fecissent, manifestissimum erat hostes confestim Ioniam et Hellespon-

σποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι, κωλυτὴς γενέσθαι. (5) Καὶ ἐν τῷ τότε ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἂν ἱκανὸς ἐγένετο κατασχεῖν τὸν ὄχλον, ἐκεῖνος δὲ τοῦ τ' ἐπίπλου ἔπαυσε καὶ τοὺς ἰδίᾳ τοῖς πρέσβεσιν ὀργιζομένους λοιδορῶν ἀπέτρεπεν. (6) Αὐτὸς δὲ ἀποκρινάμενος αὐτοῖς ἀπέπεμπεν ὅτι τοὺς μὲν πεντακισχιλίους οὐ κωλύοι ἄρχειν, τοὺς μέντοι τετρακοσίους ἀπαλλάσσειν ἐκέλευεν αὐτούς, καὶ καθιστάναι τὴν βουλὴν ὥσπερ καὶ πρότερον, τοὺς πεντακοσίους· εἰ δὲ ἐς εὐτέλειάν τι ξυντέτμηται ὥστε τοὺς στρατευομένους μᾶλλον ἔχειν τροφήν, πάνυ ἐπαινεῖν. (7) Καὶ τἆλλα ἐκέλευεν ἀντέχειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις· πρὸς μὲν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς σωζομένης τῆς πόλεως πολλὴν ἐλπίδα εἶναι καὶ ξυμβῆναι, εἰ δ' ἅπαξ τὸ ἕτερον σφαλήσεται, ἢ τὸ ἐν Σάμῳ ἢ κεῖνοι, οὐδ' ὅτῳ διαλλαγήσεταί τις ἔτι ἔσεσθαι.

(8) Παρῆσαν δὲ καὶ Ἀργείων πρέσβεις, ἐπαγγελλόμενοι τῷ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ ὥστε βοηθεῖν· ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐπαινέσας αὐτοὺς καὶ εἰπὼν ὅταν τις καλῇ παρεῖναι οὕτως ἀπέπεμπεν. (9) Ἀφίκοντο δὲ οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Παράλων, οἳ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηῒ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων περιπλεῖν Εὔβοιαν, καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων [πεμπτοὺς] πρέσβεις Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μελησίαν, [οἳ] ἐπειδὴ ἐγένοντο πλέοντες κατ' Ἄργος, τοὺς μὲν πρέσβεις ξυλλαβόντες τοῖς Ἀργείοις παρέδοσαν ὡς τῶν οὐχ ἥκιστα καταλυσάντων τὸν δῆμον ὄντας, αὐτοὶ δὲ οὐκέτι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀφίκοντο, ἀλλ' ἄγοντες ἐκ τοῦ Ἄργους ἐς τὴν Σάμον τοὺς πρέσβεις ἀφικνοῦνται ἧπερ εἶχον τριήρει.

LXXXVII. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Τισσαφέρνης, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ᾧ μάλιστα διά τε τἆλλα καὶ διὰ τὴν Ἀλκιβιάδου κάθοδον ἤχθοντο αὐτῷ οἱ Πελοποννήσιοι ὡς φανερῶς ἤδη ἀττικίζοντι, βουλόμενος, ὡς ἐδόκει δή, ἀπολύεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὰς διαβολάς, παρεσκευάζετο πορεύεσθαι ἐπὶ τὰς Φοινίσσας ναῦς ἐς Ἄσπενδον καὶ τὸν Λίχαν ξυμπορεύεσθαι ἐκέλευεν· τῇ δὲ στρατιᾷ προστάξειν ἔφη Ταμὼν ἑαυτοῦ ὕπαρχον, ὥστε τροφὴν ἐν ὅσῳ ἂν αὐτὸς ἀπῇ διδόναι. (2) Λέγεται δὲ οὐ κατὰ ταὐτό, οὐδὲ ῥᾴδιον εἰδέναι τίνι γνώμῃ παρῆλθεν ἐς τὴν Ἄσπενδον καὶ παρελθὼν οὐκ ἤγαγε τὰς ναῦς. (3) Ὅτι μὲν γὰρ αἱ Φοίνισσαι νῆες ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν μέχρι Ἀσπένδου ἀφίκοντο σαφές ἐστιν, διότι δὲ οὐκ ἦλθον πολλαχῇ εἰκάζεται. Οἱ μὲν γὰρ ἵνα διατρίβῃ ἀπελθών, ὥσπερ καὶ διενοήθη, τὰ τῶν Πελοποννησίων (τροφὴν γοῦν οὐδὲν βέλτιον ἀλλὰ καὶ χεῖρον ὁ Ταμώς, ᾧ προσετάχθη, παρεῖχεν), οἱ δὲ ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἄσπενδον ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς (καὶ γὰρ ὣς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι), ἄλλοι δ' ὡς καταβοῆς ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τῷ λέγεσθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ ἀλλὰ καὶ σαφῶς οἴχεται ἐπὶ τὰς ναῦς ἀληθῶς πεπληρωμένας. (4) Ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ σαφέστατον εἶναι τριβῆς ἕνεκα καὶ ἀνακωχῆς τῶν Ἑλληνικῶν τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀγαγεῖν, φθορᾶς μέν, ἐν ὅσῳ παρῄει ἐκεῖσε καὶ διέμελλεν, ἀνισώσεως δέ, ὅπως μηδετέρους προσθέ-

tum in suam potestatem redacturos fuisse, ille rem videbatur impedivisse. (5) Et in illo quidem tempore nemo alius multitudinem compescere potuisset, ille vero et navigationis infestæ studium sedavit, et eos, qui legatis privatim irascebantur, increpans deterrebat. (6) Ipse autem eos hoc responso dato dimittebat, se non impedire, quin quinque millia civium imperium obtinerent, quadringentos vero ut amoverent, imperabat, et senatum restituerent, quemadmodum et prius fuisset, quingentorum; si quos autem sumptus, parsimoniæ studentes, contraxissent, ut milites stipendium facilius haberent, se magnopere probare. (7) Et de ceteris hortabatur, ut hostibus fortiter resisterent, nec ullo modo cederent; nam inter se ipsos quidem, si civitas incolumis staret, magnam spem esse, fore, ut compositio fieret, si vero semel altera pars succumberet, aut exercitus in Samo aut illi, nullum amplius fore, cum quo quis in mutuam gratiam rediret.

(8) Aderant autem et Argivorum legati, qui Atheniensium populo, qui Sami erat, se opem laturos pollicebantur; Alcibiades autem eos collaudatos, et quum quis eos vocaret, ut adessent, rogatos, ita dimisit. (9) Venerant autem Argivi cum Paralis, qui ante, ut dixi, in militarem navem traducti a quadringentis viris jussi erant Eubœam circumvehi, et Atheniensium legatos a quadringentis [missos], Læspodiam et Aristophontem et Melesiam, Lacedæmonem deducere, [qui] quum in cursu ad Argos pervenissent, legatos quidem comprehensos Argivis tradiderunt, quippe quod essent ex numero illorum, qui in primis popularem statum sustulissent, ipsi vero non jam Athenas redierunt, sed legatos Argis Samum adducentes, ea, quam habebant, triremi advenerunt.

LXXXVII. Eadem autem æstate Tissaphernes, hoc in tempore, quo Peloponnesii longe maxime quum ob reliqua tum vero propter Alcibiadis restitutionem ei infensi erant ut Atheniensium partibus aperte jam faventi, cupiens, ut saltem videbatur, has criminationes apud eos diluere, præparabat profectionem ad classem Phœnissam, quæ ad Aspendum stabat, Lichamque secum venire jubebat; exercitui autem se præfecturum dixit Tamon, suum proprætorem, ut stipendium, quamdiu ipse abesset, præberet. (2) Varie autem res narratur, nec facile sciri potest, qua mente accesserit Aspendum, et quum accessisset, tamen classem non adduxerit. (3) Nam hoc quidem constat, centum quadraginta septem Phœnissas naves Aspendum usque pervenisse; cur vero ad Peloponnesios non iverint, variæ sunt conjecturæ. Alii enim hoc ab illo ideo factum conjiciunt, ut suo discessu, quemadmodum constituerat, Peloponnesiorum res morando attereret; (Tamos enim, cui negotium datum erat, stipendium nihilo melius, sed etiam pejus, præbebat;) alii vero, ut Phœnicibus Aspendum usque perductis, facta redeundi potestate pecuniam extorqueret, (nam vel sic quoque iis uti non statuerat); alii vero, ob criminationem de se Lacedæmonem delatam, ut diceretur, eum non injuste facere, sed vel manifesto ire ad classem re vera instructam. (4) Mihi vero manifestissimum videtur esse, classem non adduxisse, ut res Græcorum morando attereret, suspensasque teneret, quippe damnum facturus, dum illuc proficisceretur et cunctaretur, et partes exæquaturus, ut neutros se adjuncto potentiores redderet, quando

μενος ἰσχυροτέρους ποιήσῃ, ἐπεὶ εἴ γε ἐβουλήθη διαπολεμῆσαι, ἐπιφανὲς δήπου οὐκ ἐνδοιαστῶς· κομίσας γὰρ ἂν Λακεδαιμονίοις τὴν νίκην κατὰ τὸ εἰκὸς ἔδωκεν, οἵ γε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀντιπάλως μᾶλλον ἢ ὑποδεεστέρως τῷ ναυτικῷ ἀνθώρμουν. (5) Καταφωρᾷ δὲ μάλιστα καὶ ἣν εἶπε πρόφασιν οὐ κομίσας τὰς ναῦς. Ἔφη γὰρ αὐτὰς ἐλάσσους ἢ ὅσας βασιλεὺς ἔταξε ξυλλεγῆναι· ὁ δὲ χάριν ἂν δήπου ἐν τούτῳ μείζω ἔτι ἔσχεν, οὔτ' ἀναλώσας πολλὰ τῶν βασιλέως, τά τε αὐτὰ ἀπ' ἐλασσόνων πράξας. (6) Ἐς δ' οὖν τὴν Ἄσπενδον ἥτινιδὴ γνώμῃ ὁ Τισσαφέρνης ἀφικνεῖται καὶ τοῖς Φοίνιξι ξυγγίγνεται· καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἔπεμψαν ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς, κελεύσαντος αὐτοῦ, Φίλιππον ἄνδρα Λακεδαιμόνιον δύο τριήρεσιν.

LXXXVIII. Ἀλκιβιάδης δὲ ἐπειδὴ καὶ τὸν Τισσαφέρνην ᾔσθετο παριόντα ἐπὶ τῆς Ἀσπένδου, ἔπλει καὶ αὐτὸς λαβὼν τρεισκαίδεκα ναῦς, ὑποσχόμενος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ ἀσφαλῆ καὶ μεγάλην χάριν (ἢ γὰρ αὐτὸς ἄξειν Ἀθηναίοις τὰς Φοινίσσας ναῦς, ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσειν ἐλθεῖν), εἰδώς, ὡς εἰκός, ἐκ πλείονος τὴν Τισσαφέρνους γνώμην ὅτι οὐκ ἄξειν ἔμελλεν, καὶ βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις ἐς τὴν ἑαυτοῦ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν ὡς μάλιστα διαβάλλειν, ὅπως μᾶλλον δι' αὐτὸ σφίσιν ἀναγκάζοιτο προσχωρεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἄρας εὐθὺ τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου ἄνω τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο.

LXXXIX. Οἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις ἐπειδὴ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὡς κελεύει τε ἀντέχειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις, ἐλπίδας τε ὅτι πολλὰς ἔχει κἀκείνοις τὸ στράτευμα διαλλάξειν καὶ Πελοποννησίων περιέσεσθαι, ἀχθομένους καὶ πρότερον τοὺς πολλοὺς τῶν μετεχόντων τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ἡδέως ἂν ἀπαλλαγέντας πῃ ἀσφαλῶς τοῦ πράγματος, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπέῤῥωσαν. (2) Καὶ ξυνίσταντό τε ἤδη καὶ τὰ πράγματα διεμέμφοντο, ἔχοντες ἡγεμόνας τῶν πάνυ στρατηγῶν τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἐν ἀρχαῖς ὄντων, οἷον Θηραμένην τε τὸν Ἅγνωνος καὶ Ἀριστοκράτην τὸν Σκελλίου καὶ ἄλλους, οἳ μετέσχον μὲν ἐν τοῖς πρῶτοι τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δ', ὡς ἔφασαν, τό τ' ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην σπουδῇ πάνυ, τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους, ἔπεμπον, μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, οὐ τὸ ἀπαλλάξειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι, καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι. (3) Ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς, κατ' ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται· πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι· ἐκ δὲ δημοκρατίας αἱρέσεως γιγνομένης ῥᾷον τὰ ἀποβαίνοντα ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμενός τις φέρει. (4) Σαφέστατα δ' αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ Σάμῳ

quidem si voluisset debellare, manifestum profecto est, eum id sine ulla dubitatione facturum fuisse; nam si classem adduxisset, Lacedæmoniis victoriam, ut probabile est, præbuisset, quippe qui vel tunc pari potius quam inferiori classe adversus hostem in statione essent. (5) Arguit eum autem maxime etiam causa, quam ipse protulit, quum classem non adduxisset. Dixit enim, eam minori numero, quam rex jussisset, contractam esse; sed is gratiam utique majorem etiam sic iniisset, si neque magnam regiæ pecuniæ vim consumpsisset, et eadem tamen negotia minoribus sumptibus confecisset. (6) Aspendum igitur quocumque tandem consilio motus Tissaphernes advenit et cum Phœnicibus congreditur; et Peloponnesii, illius jussu, Philippum, virum Lacedæmonium, cum duabus triremibus, ut ad classem, miserunt.

LXXXVIII. Alcibiades vero, postquam audivit Tissaphernem Aspendum petere, ipse quoque tredecim navibus assumptis eo navigabat, pollicitus iis, qui Sami erant, certum magnumque beneficium (aut enim se Phœnissam classem ad Athenienses adducturum, aut saltem ad Peloponnesios venire prohibiturum), quippe qui, ut erat verisimile, jam diutius cognitam haberet Tissaphernis mentem, quod adducturus non esset, simul etiam, quod quam maximam invidiam illi apud Peloponnesios ob ejus in se et Athenienses studium conflare vellet, quo major ei ob hoc necessitas esset ad se accedendi. Et hic quidem digressus recta Phaselidem et Caunum versus per altum cursum tenebat.

LXXXIX. Legati autem a quadringentis viris missi, quum e Samo regressi Athenas Alcibiadis mandata renuntiassent, hortari eum, ut hostibus resisterent, nulloque modo cederent, maximamque eum spem habere, fore, ut et illis exercitum reconciliaret, et Peloponnesios superaret, his verbis plerosque eorum, qui paucorum dominatus erant participes, qui jam antea animis essent infensis et lubenter vellent aliquo modo se tuto ex illo negotio expedire, tunc multo magis corroborarunt. (2) Atque coibant jam et de illo rerum statu conquerebantur, duces habentes ex præcipuis imperatoribus, qui in paucorum dominatu et in magistratibus erant, veluti Theramenem Hagnonis, et Aristocratem Scellii filium, et alios, qui inter primos quidem rerum participes fuerant, sed, ut aiebant, ideo, quod metuerent exercitum Samium, et Alcibiadem, et eos, qui per legatos cum Lacedæmoniis agerent, Samum misissent, ne illi sine majore civium parte malo aliquo civitatem afficerent, non quidem professi se impedituros, ne res in nimis paucorum dominatum concederent, sed quinque millia re, non autem nomine, oportere creare, et æquabiliorem reipublicæ formam constituere. (3) Erat autem hoc speciosum quoddam orationis genus, quo publice uterentur, privatim vero ob ambitionem plerique eorum tale consilium amplectebantur, qua potissimum ratione interit paucorum dominatus ex populari statu constitutus; omnes enim tantum abest ut pares inter se esse velint, ut primo quoque die se quisque ipsum longe omnium principem esse æquum judicet; contra in populari statu, in quo electio fit, quæ ex eo eveniunt, facilius quisque fert, ut non a paribus suis commodo privatus. (4) Manifestissime

τοῦ Ἀλκιβιάδου ἰσχυρὰ ὄντα, καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι· ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι.

XC. Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ προεστῶτες Φρύνιχός τε, ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ [ποτὲ] τῷ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη, καὶ Ἀρίσταρχος ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ καὶ Πείσανδρος καὶ Ἀντιφῶν καὶ ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι, πρότερόν τε, ἐπεὶ τάχιστα κατέστησαν καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ τὴν ὁμολογίαν προυθυμοῦντο, καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνίᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο, πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον, ὁρῶντες τούς τε πολλοὺς καὶ σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι μεταβαλλομένους. (2) Καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμενοι καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου, ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ, ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτός, ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, (3) ᾠκοδόμουν δὲ ἔτι προθυμότερον τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνίᾳ τεῖχος. Ἦν δὲ τοῦ τείχους ἡ γνώμη αὕτη, ὡς ἔφη Θηραμένης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα τοὺς ἐν Σάμῳ, ἢν βίᾳ ἐπιπλέωσι, μὴ δέξωνται ἐς τὸν Πειραιᾶ, ἀλλ' ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ὅταν βούλωνται, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ δέξωνται. (4) Χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιωνία, καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν. Ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει, ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸ ἀνθρώπων ὀλίγων ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου· ἐπ' αὐτὸν γὰρ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος στενοῦ ὄντος τὸν ἕτερον πύργον ἐτελεύτα τό τε παλαιὸν τὸ πρὸς ἤπειρον καὶ τὸ ἐντὸς τὸ καινὸν τεῖχος τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. (5) Διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοάν, ἥπερ ἦν μεγίστη καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐσπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν.

XCI. Ταῦτ' οὖν ἐκ πλείονός τε ὁ Θηραμένης διεθρόει καὶ ἐπειδὴ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος πρέσβεις οὐδὲν πράξαντες ἀνεχώρησαν τοῖς ξύμπασι ξυμβατικόν, φάσκων κινδυνεύσειν τὸ τεῖχος τοῦτο καὶ τὴν πόλιν διαφθεῖραι. (2) Ἅμα γὰρ καὶ ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐτύγχανον Εὐβοέων ἐπικαλουμένων κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες, ὧν ἦσαν καὶ ἐκ Τάραντος καὶ Λοκρῶν Ἰταλιώτιδες καὶ Σικελικαί τινες, ὁρμοῦσαι ἤδη ἐπὶ Λᾷ τῆς Λακωνικῆς καὶ παρασκευαζόμεναι τὸν ἐς τὴν Εὔβοιαν πλοῦν· ἦρχε δ' αὐτῶν Ἀγησανδρίδας Ἀγησάνδρου Σπαρτιάτης· ἃς ἔφη Θηραμένης οὐκ Εὐβοίᾳ μᾶλλον ἢ τοῖς τειχίζουσι τὴν Ἠετιωνίαν προσπλεῖν, καὶ εἰ μή τις ἤδη φυλάξεται, λήσειν διαφθαρέντας. (3) Ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων, καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου. Ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα μὲν ἐβούλοντο ὀλιγαρχούμενοι ἄρχειν καὶ τῶν ξυμ-

autem eorum animos erexerunt et Alcibiadis potentia, quam Sami habebat, jam confirmata, et quod hic paucorum dominatus iis haud stabilis fore videbatur; certatim igitur unusquisque ipse princeps popularis status patronus esse annitebatur.

XC. Sed quadringenti viri huic reipublicæ formæ maxime adversantes, et eorum principes, Phrynichus, qui etiam imperator fuerat Sami [quondam] et cum Alcibiade ante, ut dixi, discordiam habuerat, et Aristarchus, qui in primis et ex longissimo tempore status popularis adversarius erat, et Pisander et Antiphon, et alii potentissimi, et antea, ut primum in dominatu constituti sunt, et tunc, postquam exercitus Samius ab iis deficiens ad statum popularem rediit, legatos de suo corpore Lacedæmonem mittebant, et paci componendæ operam studiose dabant, et murum in Eetionia, quæ vocatur, excitabant, idque etiam multo magis, postquam etiam legati sui Samo redierunt, quia videbant, et ipsam plebem, et ex suis eos, qui prius fidi esse videbantur, animos mutare. (2) Et miserunt quidem propere Antiphontem et Phrynichum et alios decem, quod et de rebus urbanis et de Samiis metuebant, cum mandatis, ut quavis ratione, quæ vel aliquo modo tolerabilis esset, cum Lacedæmoniis reconciliarentur; (3) murum autem multo studiosius in Eetionia ædificabant. Erat autem hujus muri consilium hoc, ut aiebat Theramenes ejusque socii, non, ut eos, qui Sami erant, si per vim cum infesta classe venirent, in Piræeum non reciperent, sed potius ut hostium, quoties vellent, et classem et peditatum reciperent. (4) Nam Eetionia est Piræei promontorium, et juxta ipsam statim est navium introitus. Struebatur igitur sic cum eo muro, qui jam prius continentem versus exstructus erat, ut pauci homines illic stationem habentes navium introitus arbitri essent; nam ad ipsam alteram turrim in angusti portus ostio sitam terminabatur et murus antiquus continentem versus, et novus, qui intra eum mare versus exstruebatur. (5) Inter utrumque vero exstruxerunt etiam porticum, quæ erat maxima et huic alteri proxima, statim eum excipiens intra Piræeum, et eam ipsi in sua potestate retinebant, in quam cogebant omnes suum frumentum exponere, tam id, quod jam aderat, quam id quod mari advehebatur, illincque promentes venumdare.

XCI. Hæc igitur Theramenes et jampridem vulgo jactabat, et postquam legati Lacedæmone redierunt, nulla re confecta, quæ ad compositionem pro universis faciendam pertineret, dicebat fore, ut propter hanc munitionem civitas etiam in salutis discrimen adduceretur. (2) Nam simul sub hoc idem forte tempus etiam ex Peloponneso duæ et quadraginta naves ab Euboensibus accitæ, quarum nonnullæ erant e Tarento et Locris Italicæ et Sicilienses, jam ad Laem in ora Laconica stationem habebant, et navigationem in Eubœam præparabant; præerat autem iis Agesandridas Agesandri filius Spartanus; quas Theramenes non tam in Eubœam, quam iis qui Eetioniam muniebant, in auxilium navigare dicebat, et, nisi quis jam caveret, se per imprudentiam perituros. (3) Et agitabatur sane tale quippiam ab iis, qui criminationem istam sustinebant, nec vero plane ea criminatio tantum rumoris erat. Illi enim potissimum quidem in paucorum dominatu etiam sociis imperare cu-

μάχων, εἰ δὲ μή, τάς τε ναῦς καὶ τὰ τείχη ἔχοντες αὐτονομεῖσθαι, ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφῶν ἄδεια ἔσται.

XCII. Διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους καὶ ἐπεσαγωγὰς τῶν πολεμίων, ἐτείχιζόν τε προθύμως καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι. (2) Πρότερον μὲν οὖν κατ' ὀλίγους τε καὶ κρύφα μᾶλλον τὰ λεγόμενα ἦν· ἐπειδὴ δὲ ὁ Φρύνιχος ἥκων ἐκ τῆς ἐς Λακεδαίμονα πρεσβείας, πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἀπελθὼν ἀπέθανε παραχρῆμα, καὶ ὁ μὲν πατάξας διέφυγεν, ὁ δὲ ξυνεργὸς Ἀργεῖος ἄνθρωπος ληφθεὶς καὶ βασανιζόμενος ὑπὸ τῶν τετρακοσίων οὐδενὸς ὄνομα τοῦ κελεύσαντος εἶπεν, οὐδὲ ἄλλο τι ἢ ὅτι εἰδείη πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐς τοῦ περιπολάρχου καὶ ἄλλοσε κατ' οἰκίας ξυνιόντας, τότε δὴ οὐδενὸς γεγενημένου ἀπ' αὐτοῦ νεωτέρου καὶ ὁ Θηραμένης ἤδη θρασύτερον καὶ Ἀριστοκράτης, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν τετρακοσίων αὐτῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμογνώμονες, ἦεσαν ἐπὶ τὰ πράγματα. (3) Ἅμα γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς Λᾶς αἱ νῆες ἤδη περιπεπλευκυῖαι καὶ ὁρμισάμεναι ἐς τὴν Ἐπίδαυρον τὴν Αἴγιναν καταδεδραμήκεσαν· καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶναι ἐπ' Εὔβοιαν πλεούσας αὐτὰς ἐς Αἴγιναν κατακολπίσαι καὶ πάλιν ἐν Ἐπιδαύρῳ ὁρμεῖν, εἰ μὴ παρακληθεῖσαι ἥκοιεν ἐφ' οἷσπερ καὶ αὐτὸς ἀεὶ κατηγόρει· οὐκέτι οὖν οἷόν τε εἶναι ἡσυχάζειν. (4) Τέλος δὲ πολλῶν καὶ στασιωτικῶν λόγων καὶ ὑποψιῶν προσγενομένων καὶ ἔργῳ ἤδη ἥπτοντο τῶν πραγμάτων· οἱ γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἠετιωνίας τεῖχος ὁπλῖται οἰκοδομοῦντες, ἐν οἷς καὶ Ἀριστοκράτης ἦν ταξιαρχῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἔχων, ξυλλαμβάνουσιν Ἀλεξικλέα στρατηγὸν ὄντα ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς ἑταίρους τετραμμένον, καὶ ἐς οἰκίαν ἀγαγόντες εἷρξαν. (5) Ξυνεπελάβοντο δὲ αὐτοῖς ἅμα καὶ ἄλλοι καὶ Ἕρμων τις τῶν περιπόλων τῶν Μουνυχίασι τεταγμένων ἄρχων· τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὁπλιτῶν τὸ στῖφος ταῦτα ἐβούλετο. (6) Ὡς δ' ἐσηγγέλθη τοῖς τετρακοσίοις (ἔτυχον δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ξυγκαθήμενοι), εὐθύς, πλὴν ὅσοις μὴ βουλομένοις ταῦτ' ἦν, ἑτοῖμοι ἦσαν ἐς τὰ ὅπλα ἰέναι, καὶ τῷ Θηραμένει καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἠπείλουν. Ὁ δ' ἀπολογούμενος ἑτοῖμος ἔφη εἶναι ξυναφαιρησόμενος ἰέναι ἤδη. Καὶ παραλαβὼν ἕνα τῶν στρατηγῶν ὃς ἦν αὐτῷ ὁμογνώμων, ἐχώρει ἐς τὸν Πειραιᾶ· ἐβοήθει δὲ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ τῶν ἱππέων νεανίσκοι. (7) Ἦν δὲ θόρυβος πολὺς καὶ ἐκπληκτικός· οἵ τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἤδη ᾤοντο τόν τε Πειραιᾶ κατειλῆφθαι καὶ τὸν ξυνειλημμένον τεθνάναι, οἵ τ' ἐν τῷ Πειραιεῖ τοὺς ἐκ τοῦ ἄστεος ὅσον οὔπω ἐπὶ σφᾶς παρεῖναι. (8) Μόλις δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων διακωλυόντων τοὺς ἐν τῷ ἄστει διαθέοντας καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα φερομένους, καὶ Θουκυδίδου

piebant; sin minus, certe classe et muris conservatis arbitratu suo vivere; si vero hac quoque re excluderentur, certe quidem non a populi imperio rursus instaurato ipsi præter ceteros maxime pessumdari, sed potius etiam hostibus introductis, sine munitionibus et sine classe pactionem cum illis facere, et qualicumque modo res urbanas gerere, dummodo de capitibus quidem suis securi essent.

XCII. Quamobrem etiam hanc munitionem, quæ et portulas et introitus et hostium receptacula habebat, studiose ædificabant, et eo absolvendo adversarios prævertere cupiebant. (2) Itaque antea quidem inter paucos et clam potius sermones illi serebantur; sed postquam Phrynichus reversus ex legatione, quam ad Lacedæmonios obierat, a quodam circitorum ex insidiis in foro frequenti nec procul a curia vulneratus est et digressus continuo decessit, et percussor quidem evasit, ejus autem adjutor, homo Argivus, comprehensus tortusque a quadringentis, nullius, a quo facinus hoc perpetrare jussus esset, nomen confessus est, nec omnino aliud quidquam, nisi quod sciret multos homines et in circitorum præfecti domum et alio in ædes convenire, tum vero, quamquam nihil novi ex hac re consecutum erat, et Theramenes jam confidentius et Aristocrates, et quotquot vel ex ipsis quadringentis vel extra hos ejusdem sententiæ erant, pergebant ad negotia publica capessenda. (3) Simul enim etiam a Lae naves jam circumvectæ, quum ad Epidaurum appulissent, Æginam excursionibus infestaverant; et negabat Theramenes verisimile esse, eas, si in Eubœam navigarent, in Æginæ sinum fuisse deflexuras, et rursus Epidauri stationem habituras, si non accitæ venirent earum rerum causa, quæ quidem illi semper criminandi materiam præbebant; non igitur jam fieri posse ut quiescerent. (4) Tandem vero, quum multi præterea seditiosi sermones et suspiciones accessissent, jam et factis rerum statum aggredi cœperunt; nam gravis armaturæ milites, qui Eetioniæ munitionem in Piræeo ædificabant, inter quos erat etiam Aristocrates centurio una cum sua tribu, comprehendunt Alexiclem, qui imperator erat ex paucorum collegio et factionis suæ sociis maxime addictus, et in domum adductum eum captum tenuerunt. (5) Adjuverunt eos autem simul quum alii, tum Hermo quidam, circitorum apud Munychiam excubantium præfectus; sed quod maximum erat, gravis armaturæ manus hæc volebat. (6) Quum autem hoc quadringentis renuntiatum esset (considebant autem forte in curia), confestim omnes, præter eos, quibus ea non volentibus erant, parati erant ire ad arma, et Therameni iisque qui cum eo erant, minitabantur. Ille vero, se purgans, dicebat, se paratum esse jam ire cum iis ad Alexiclem custodia liberandum. Et assumpto uno ex imperatoribus, qui cum eo sentiebat, pergebat in Piræeum; auxilio autem veniebat et Aristarchus, et ex equitibus juniores. (7) Erat autem ingens tumultus ac terribilis; nam et qui in urbe erant, jam putabant Piræeum occupatum, et comprehensum illum morte mulctatum esse, et qui in Piræeo erant, eos, qui in urbe erant, contra se jam jamque adesse. (8) Ægre autem quum et seniores impedirent eos, qui per urbem discurrebant, et ad arma

τοῦ Φαρσαλίου τοῦ προξένου τῆς πόλεως παρόντος καὶ προθύμως ἐμποδὼν τε ἑκάστοις γιγνομένου καὶ ἐπιβοωμένου μὴ ἐφεδρευόντων ἔτι τῶν πολεμίων ἀπολέσαι τὴν πατρίδα, ἡσύχασάν τε καὶ σφῶν αὐτῶν ἀπέσχοντο. (9) Καὶ ὁ μὲν Θηραμένης ἐλθὼν ἐς τὸν Πειραιᾶ (ἦν δὲ καὶ αὐτὸς στρατηγός), ὅσον καὶ ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις· ὁ δ' Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον. (10) Οἱ δὲ ὁπλῖται ὁμόσε τε ἐχώρουν οἱ πλεῖστοι τῷ ἔργῳ καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ τὸν Θηραμένην ἠρώτων εἰ δοκεῖ αὐτῷ ἐπ' ἀγαθῷ τὸ τεῖχος οἰκοδομεῖσθαι, καὶ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθέν. Ὁ δέ, εἴπερ καὶ ἐκείνοις δοκεῖ καθαιρεῖν, καὶ ἑαυτῷ ἔφη ξυνδοκεῖν. Καὶ ἐντεῦθεν εὐθὺς ἀναβάντες οἵ τε ὁπλῖται καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς ἀνθρώπων κατέσκαπτον τὸ τείχισμα. (11) Ἦν δὲ πρὸς τὸν ὄχλον ἡ παράκλησις ὡς χρή, ὅστις τοὺς πεντακισχιλίους βούλεται ἄρχειν ἀντὶ τῶν τετρακοσίων, ἰέναι ἐπὶ τὸ ἔργον. Ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ἔτι τῶν πεντακισχιλίων τῷ ὀνόματι, μὴ ἄντικρυς δῆμον ὅστις βούλεται ἄρχειν ὀνομάζειν, φοβούμενοι μὴ τῷ ὄντι ὦσι καὶ πρός τινα εἰπών τίς τι ἀγνοίᾳ σφαλῇ. Καὶ οἱ τετρακόσιοι διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον τοὺς πεντακισχιλίους οὔτ' εἶναι οὔτε μὴ ὄντας δήλους εἶναι, τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους ἄντικρυς ἂν δῆμον ἡγούμενοι, τὸ δ' αὖ ἀφανὲς φόβον ἐς ἀλλήλους παρέξειν.

XCIII. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα ὃν ξυνέλαβον ἀφέντες καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἐξεκλησίασαν, καὶ δόξαν αὐτοῖς εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ καὶ ἔθεντο ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. (2) Ἐλθόντες δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων τινὲς ᾑρημένοι πρὸς αὐτοὺς ἀνὴρ ἀνδρὶ διελέγοντό τε, καὶ ἔπειθον οὓς ἴδοιεν ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς αὐτούς τε ἡσυχάζειν καὶ τοὺς ἄλλους παρακατέχειν, λέγοντες τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν, καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει, ᾗ ἂν τοῖς πεντακισχιλίοις δοκῇ, τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι, τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν μηδ' ἐς τοὺς πολεμίους ἀνῶσαι. (3) Τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ πρὸς πολλοὺς λόγων γιγνομένων ἠπιώτερον ἦν ἢ πρότερον, καὶ ἐφοβεῖτο μάλιστα περὶ τοῦ παντὸς πολιτικοῦ· ξυνεχώρησάν τε ὥστ' ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας.

XCIV. Ἐπειδὴ δὲ ἐπῆλθεν ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία καὶ ὅσον οὐ ξυνειλεγμένοι ἦσαν, ἀγγέλλονται αἱ δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες καὶ ὁ Ἀγησανδρίδας ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν· καὶ πᾶς τις τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ὡς ἐς τὸ τείχισμα ἔπλεον αἱ νῆες, καὶ χρησίμως ἐδόκει καταπεπτωκέναι. (2) Ὁ δὲ Ἀγησανδρίδας τάχα μέν τι καὶ ἀπὸ ξυγκειμένου λόγου περί τε τὴν Ἐπίδαυρον καὶ ταύτῃ ἀνεστρέφετο, εἰκὸς δ' αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν παρόντα στασια-

ferebantur, et Thucydides Pharsalius, urbis hospes publicus, adesset, et studiose quibusque obsisteret et inclamaret, ne hostibus prope adhuc insidiantibus patriam perderent, quieverunt, et a manibus mutuo sibi afferendis adstinuerunt. (9) Ac Theramenes quidem quum in Piræeum pervenisset (erat autem et ipse imperator), voce tenus gravis armaturæ militibus irascebatur; Aristarchus vero, et qui multitudini adversarii erant, indignabantur. (10) Sed gravis armaturæ milites porro pergebant plerique ad opus, nec mutabant sententiam, et Theramenem interrogabant, numquid ei videretur hæc munitio publici boni causa exstrui, et num satius esset eam demoliri. Ille vero, si et illis eam demoliri placeret, sibi quoque placere respondit. Atque hinc e vestigio ascendentes et milites, et multi hominum eorum, qui erant ex Piræeo, munitionem dejiciebant. (11) Erat autem adhortatio ad vulgus hæc, oportere eum, quicumque quinque millia civium quadringentorum loco reipublicæ præesse vellet, ad opus accedere. Nam adhuc tamen occultabant se quinque millium nomine, ne aperte dicerent, quicumque vellet populum reipublicæ præesse, quia metuebant, ne forte re vera essent quinque millia, neve quis apud aliquem dicens aliquid per inscitiam offenderet. Et quadringenti propterea neque volebant, illos quinquies mille cives esse; neque constare, eos non esse, quod existimabant, tot rerum participes constituere plane jam imperium populare esse; contra rei obscuritatem metum mutuum civibus allaturam.

XCIII. Postridie autem quadringenti, etsi animis perturbati, in curiam tamen conveniebant; milites vero, qui in Piræeo erant, quum Alexiclem dimisissent, quem comprehenderant, ac munitionem demoliti essent, et ad Dionysiacum theatrum prope Munychiam situm concessissent, ibi cum armis constiterunt et concionem habuerunt, et capto consilio confestim in urbem pergebant et cum armis in Anaceo constiterunt. (2) Venerunt autem a quadringentis quidam electi ad eos et singuli cum singulis agebant, et persuadebant iis, quos animadvertissent homines esse moderatos, ut et ipsi quiescerent, et ceteros continerent, dicentes fore, ut quinque millia civium designarent, et ex horum numero per vices, prout quinque millibus placeret, quadringenti constituerentur; interim vero se nullo modo civitatem perdere, neque eam hostibus tradere. (3) Ita universa militum multitudo, quum a multis et ad multos sermones fierent, placatior erat, quam ante, ac de universo reipublicæ statu maxime timebat; et inter eos convenit, ut intra certam diem in Bacchi templo concilium de concordia haberetur.

XCIV. Quum autem concilii in Bacchi templo habendi dies advenisset, et tantum non concio jam coacta esset, nuntiatur, illas duas et quadraginta naves cum Agesandrida Megaris venientes Salaminem cursum tenere, et quilibet ex gravis armaturæ militibus hoc illud ipsum esse ducebat, quod jampridem a Theramene, et ab iis, qui cum eo erant, dicebatur, classem ad illam munitionem venire, et utile videbatur, quod diruta esset. (2) Agesandridas autem fortasse quidem etiam ex composito et circum Epidaurum et circum illa loca versabatur; credibile tamen videtur, eum etiam propter præsentem Atheniensium seditionem, et sperantem

σμὸν τῶν Ἀθηναίων, δι' ἐλπίδος ὡς κἂν ἐς δέον πχραγένοιτο, ταύτῃ ἀνέχειν. (3) Οἱ δ' αὖ Ἀθηναῖοι, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς, εὐθὺς δρόμῳ ἐς τὸν Πειραιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος [ἢ] ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος. Καὶ οἱ μὲν ἐς τὰς παρούσας ναῦς ἐσέβαινον, οἱ δὲ ἄλλας καθεῖλκον, οἱ δέ τινες ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος παρεβοήθουν.

XCV. Αἱ δὲ τῶν Πελοποννησίων νῆες παραπλεύσασαι καὶ περιβαλοῦσαι Σούνιον ὁρμίζονται μεταξὺ Θορικοῦ τε καὶ Πρασιῶν, ὕστερον δὲ ἀφικνοῦνται ἐς Ὠρωπόν. (2) Ἀθηναῖοι δὲ κατὰ τάχος καὶ ἀξυγκροτήτοις πληρώμασιν ἀναγκασθέντες χρήσασθαι, οἷα πόλεώς τε στασιαζούσης καὶ περὶ τοῦ μεγίστου ἐν τάχει βουλόμενοι βοηθῆσαι (Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς ἀποκεκλῃμένης τῆς Ἀττικῆς πάντα ἦν), πέμπουσι Θυμοχάρην στρατηγὸν καὶ ναῦς ἐς Ἐρέτριαν, (3) ὧν ἀφικομένων ξὺν ταῖς πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ οὔσαις ἓξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο. Καὶ εὐθὺς ναυμαχεῖν ἠναγκάζοντο· ὁ γὰρ Ἀγησανδρίδας ἀριστοποιησάμενος ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ ἀνῆγε τὰς ναῦς, ἀπέχει δὲ μάλιστα ὁ Ὠρωπὸς τῆς τῶν Ἐρετριῶν πόλεως θαλάσσης μέτρον ἑξήκοντα σταδίους. (4) Ὡς οὖν ἐπέπλει, εὐθὺς ἐπλήρουν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰς ναῦς, οἰόμενοι σφίσι παρὰ ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας εἶναι· οἱ δ' ἔτυχον οὐκ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄριστον ἐπισιτιζόμενοι (οὐδὲν γὰρ ἐπωλεῖτο ἀπὸ προνοίας τῶν Ἐρετριέων), ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπ' ἔσχατα τοῦ ἄστεος οἰκιῶν, ὅπως σχολῇ πληρουμένων φθάσειαν οἱ πολέμιοι προσπεσόντες καὶ ἀναγκάσειαν τοὺς Ἀθηναίους οὕτως ὅπως τύχοιεν ἀνάγεσθαι. Σημεῖον δ' αὐτοῖς ἐς τὸν Ὠρωπὸν ἐκ τῆς Ἐρετρίας, ὁπότε χρὴ ἀνάγεσθαι, ἤρθη. (5) Διὰ τοιαύτης δὴ παρασκευῆς οἱ Ἀθηναῖοι ἀναγαγόμενοι, καὶ ναυμαχήσαντες ὑπὲρ τοῦ λιμένος τῶν Ἐρετριέων, ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὅμως καὶ ἀντέσχον, ἔπειτ' ἐς φυγὴν τραπόμενοι καταδιώκονται ἐς τὴν γῆν. (6) Καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν τῶν Ἐρετριέων ὡς φιλίαν καταφεύγουσι, χαλεπώτατα ἔπραξαν φονευόμενοι ὑπ' αὐτῶν· οἱ δὲ ἐς τὸ τείχισμα τὸ ἐν τῇ Ἐρετριαίᾳ, ὃ εἶχον αὐτοί, περιγίγνονται, καὶ ὅσαι ἐς Χαλκίδα ἀφικνοῦνται τῶν νεῶν. (7) Λαβόντες δ' οἱ Πελοποννήσιοι δύο καὶ εἴκοσι ναῦς τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἄνδρας τοὺς μὲν ἀποκτείναντες τοὺς δὲ ζωγρήσαντες, τροπαῖον ἔστησαν. Καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ Εὔβοιάν τε ἅπασαν ἀποστήσαντες πλὴν Ὠρεοῦ (ταύτην δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι εἶχον) καὶ τἆλλα τὰ περὶ αὐτὴν καθίσταντο.

XCVI. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη. Οὔτε γὰρ ἡ ἐν Σικελίᾳ ξυμφορά, καίπερ μεγάλη τότε δόξασα εἶναι, οὔτ' ἄλλο οὐδέν πω οὕτως ἐφόβησεν. (2) Ὅπου γὰρ στρατοπέδου τε τοῦ ἐν Σάμῳ ἀφεστηκότος, ἄλλων τε νεῶν οὐκ οὐσῶν οὐδὲ τῶν ἐσβησομένων, αὐτῶν [τε] στασιαζόντων, καὶ ἄδηλον ὂν ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυῤῥάξουσι, τοσαύτη ἡ ξυμφορὰ ἐπεγε-

fieri posse, ut forte opportuno tempore adveniret, illic substitisse. (3) Athenienses vero, postquam hoc iis nuntiatum est, confestim universi citato cursu in Piræeum contendebant, quod bello domestico majus aliud ab hostibus illatum, non procul, sed ad ipsum portum esset. Quamobrem alii naves, quæ aderant, conscendebant, pars alias deducebant, nonnulli etiam ad muros et portus ostium auxilio accurrebant.

XCV. Sed Peloponnesiorum classis præterlata et Sunium circumvecta, consistit inter Thoricum et Prasias, postea vero appellit Oropum. (2) Athenienses autem raptim, et inexercitatis nautis uti coacti, quippe quod civitas seditione laboraret, et in maximo discrimine positi, celeriter hostes arcere vellent (nam Attica interclusa omnia iis in Eubœa erant), Thymocharem ducem cum navibus in Eretriam mittunt, (3) quæ cum illuc pervenisset, cum iis quæ prius in Eubœa erant, sex et triginta fuerunt. Et protinus prœlio navali dimicare cogebantur; Agesandridas enim prandio sumpto ab Oropo producebat classem; abest autem Oropus ab Eretriensium urbe, stadiis fere sexaginta, maris tractu. (4) Ut igitur ille advehebatur, statim Athenienses quoque naves instruebant, existimantes, suos milites apud naves esse; sed illi tum forte non ex foro cibaria in prandium mercabantur (nihil enim vendebatur, quod ab Eretriensibus consulto factum erat), sed ex ædibus in extrema urbe sitis, ut, dum cunctanter naves instruerentur, hostes prius impressionem in eos facerent, et cogerent Athenienses sic, ut forte possent, in altum prodire. Signum autem ex Eretria Oropum versus iis sublatum erat, quando in altum provehi deberent. (5) Hoc igitur modo instructi Athenienses in altum provecti, navali prœlio supra portum Eretriensem commisso, tamen aliquantisper etiam hosti restiterunt; deinde in fugam versi compelluntur ad littus. (6) Et quotquot eorum ad Eretriensium urbem, ut amicam, confugerunt, de iis pessime actum erat, quia ab illis interficiebantur; alii vero in munitionem, quam ipsi in Eretria tenebant, incolumes evaserunt, itemque naves, quotquot in Chalcidem pervenerunt. (7) Captis autem Peloponnesii duabus et viginti Atheniensium navibus virisque partim interfectis, partim captis, tropæum statuerunt. Nec multo post, quum totam Eubœam ad defectionem compulissent, præter Oreum (hanc enim ipsi Athenienses tenebant) ceteras quoque res in ea componebant.

XCVI. Atheniensibus autem quum res ad Eubœam gestæ nuntiatæ essent, pavor omnium ad illum usque diem maximus incessit. Nam nec in Sicilia accepta clades, quamvis tunc ingens visa esset, nec aliud quicquam eos unquam adeo terruerat. (2) Quippe quum eo tempore, quo et exercitus Samius defecerat, et aliæ naves non supererant, nec homines, qui eas conscenderent, et ipsi seditione laborabant, et incertum erat, quando inter se ipsi concursuri essent, tanta illa calamitas accessisset, qua et classem, et

γένητο ἐν ᾗ ναῦς τε καὶ τὸ μέγιστον Εὔβοιαν ἀπολωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο, πῶς οὐκ εἰκότως ἠθύμουν; (3) Μάλιστα δ' αὐτοὺς καὶ δι' ἐγγυτάτου ἐθορύβει, εἰ οἱ πολέμιοι τολμήσουσι νενικηκότες εὐθὺς σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ ἐρῆμον ὄντα νεῶν πλεῖν· καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι. (4) Ὅπερ ἄν, εἰ τολμηρότεροι ἦσαν, ῥᾳδίως ἂν ἐποίησαν, καὶ ἢ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν ἐφορμοῦντες, ἢ εἰ ἐπολιόρκουν μένοντες, καὶ τὰς ἀπ' Ἰωνίας ναῦς ἠνάγκασαν ἂν καίπερ πολεμίας οὔσας τῇ ὀλιγαρχίᾳ τοῖς σφετέροις οἰκείοις καὶ τῇ ξυμπάσῃ πόλει βοηθῆσαι, καὶ ἐν τούτῳ Ἑλλήσποντός τε ἂν ἦν αὐτοῖς καὶ Ἰωνία καὶ αἱ νῆσοι καὶ τὰ μέχρι Βοιωτίας καὶ ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀθηναίων ἀρχὴ πᾶσα. (5) Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ ξυμφορώτατοι προσπολεμῆσαι ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς· διάφοροι γὰρ πλεῖστον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀξεῖς οἱ δὲ βραδεῖς, καὶ οἱ μὲν ἐπιχειρηταὶ οἱ δὲ ἄτολμοι, ἄλλως τε καὶ ἐν ἀρχῇ ναυτικῇ, πλεῖστα ὠφέλουν. Ἔδειξαν δ' οἱ Συρακόσιοι· μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι ἄριστα καὶ προσεπολέμησαν.

XCVII. Ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν καὶ ἐκκλησίαν ξυνέλεγον, μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην, οὗπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν, ἐν ᾗπερ καὶ τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι (εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται) καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ· εἰ δὲ μή, ἐπάρατον ἐποιήσαντο. (2) Ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον πυκναὶ ἐκκλησίαι, ἀφ' ὧν καὶ νομοθέτας καὶ τἆλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν. Καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο, καὶ ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν. (3) Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ ἄλλους μετ' αὐτοῦ κατιέναι, καὶ παρά τε ἐκεῖνον καὶ παρὰ τὸ ἐν Σάμῳ στρατόπεδον πέμψαντες διεκελεύοντο ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων.

XCVIII. Ἐν δὲ τῇ μεταβολῇ ταύτῃ εὐθὺς οἱ μὲν περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ Ἀλεξικλέα, καὶ ὅσοι ἦσαν τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ὑπεξέρχονται ἐς τὴν Δεκέλειαν· Ἀρίσταρχος δ' αὐτῶν μόνος (ἔτυχε γὰρ καὶ στρατηγῶν) λαβὼν κατὰ τάχος τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρωτάτους ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνόην. (2) Ἦν δὲ Ἀθηναίων ἐν μεθορίοις τῆς Βοιωτίας τεῖχος, ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμφορὰν σφίσιν ἐκ τῆς Οἰνόης γενομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διαφθορᾶς οἱ Κορίνθιοι, ἐθελοντηδὸν προσπαρακαλέσαντες τοὺς Βοιωτούς. (3) Κοινολογησάμενος οὖν αὐτοῖς ὁ Ἀρίσταρχος ἀπατᾷ τοὺς ἐν τῇ Οἰνόῃ, λέγων ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει τἆλλα ξυμβεβήκασι Λακεδαιμονίοις, κἀκείνους δεῖ Βοιωτοῖς τὸ χωρίον παραδοῦναι· ἐπὶ τούτοις γὰρ ξυμβεβάσθαι. Οἱ δὲ πιστεύσαντες ὡς ἀνδρὶ στρατηγῷ, καὶ οὐκ εἰδότες οὐδὲν

quod maximum erat, Eubœam amiserant, ex qua plus utilitatis, quam ex Attica, percipiebant, qui non merito tum animis erant consternati? (3) Sed maxime eos et in proximo hoc perturbabat, si hostes ausuri essent, victoria potiti, confestim in ipsorum Piræeum navibus vacuum tendere; et tantum non jam adesse eos putabant. (4) Id quod illi, si audaciores fuissent, facile fecissent, et aut dissidium longe majus in urbe excitassent, prope eam in ancoris stantes, aut si remanentes eam obsedissent, et classem ab Ionia licet dominatui paucorum infestam coegissentpropinquis suis et universæ civitati succurrere, et interea et Hellespontus, et Ionia, et insulæ, et omnia loca ad Bœotiam usque pertinentia, et pæne dixerim omne Atheniensium imperium in eorum potestatem venisset. (5) Verum non in ea tantum re Lacedæmonii Atheniensibus omnium maxime commodi hostes in bello gerendo fuerunt, sed etiam in aliis multis; quum enim moribus maxime differrent, alteri acres, alteri tardi, et alteri conando prompti, alteri timidi, idque præcipue in imperio maritimo, plurimum Atheniensibus proderant. Documento fuerunt Syracusani; qui quum moribus maxime similes illis extitissent, optime etiam bellum adversus illos administrarunt.

XCVII. Secundum hunc nuncium igitur Athenienses viginti tamen naves instruebant, et concionem cogebant, unam quidem, quæ statim tunc primum in Pnycem, quæ dicitur, vocabatur, ubi etiam alias comitia habere consueverant, in qua quidem abrogato quadringentis viris imperio rerum administrationem quinque millibus tradere decreverunt (esse autem ex hoc numero omnes, quotquot arma sua ipsi exhiberent), et mercedem ne quis ullam ullius magistratus gratia acciperet; qui aliter fecisset, eum sacrum esse jusserunt. (2) Habebantur autem postea et aliæ crebræ conciones, in quibus et legumlatores, et cetera ad reipublicæ administrationem pertinentia constituerunt. Atque sane maxime per primum illud tempus mea quidem ætate apparet Athenienses rempublicam bene administrasse; nam utriusque factionis, paucorum et multitudinis, in unum redactæ, moderatum exstitit temperamentum, et e rebus afflictis hoc primum civitatem erexit. (3) Decreverunt autem etiam, ut Alcibiades aliique cum eo redirent, atque simul et ad illum et ad exercitum Samium legatis missis cohortabantur, ut strenue res gererent.

XCVIII. In hac autem rerum mutatione statim Pisander et Alexicles cum suis, et qui præcipui erant e paucorum dominatu, in Deceleam se subduxerunt; Aristarchus autem solus ex illis (adhuc enim imperator erat) repente assumptis aliquot sagittariis, qui erant maxime barbari, ad Œnoen contendebat. (2) Erat autem Atheniensium munitio in Bœotiæ confiniis, quam obsidebant propter calamitatem sibi ex Œnoe natam, quod viri a Decelea discedentes illinc cæsi erant, Corinthii, voluntariis advocatis ex Bœotis. (3) Collatis igitur cum his sermonibus Aristarchus fallit eos, qui in Œnoe erant, dicens, eos quoque, qui in urbe erant, de ceteris rebus cum Lacedæmoniis transegisse, et illos oportere locum illum Bœotis tradere; his enim conditionibus pacem convenisse. Illi vero, quum ei ut imperatori fidem habuissent, et prorsus ignari rerum essent, quod obside-

διὰ τὸ πολιορκεῖσθαι, ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται. (4) Τούτῳ μὲν τῷ τρόπῳ Οἰνόην ληφθεῖσαν Βοιωτοὶ κατέλαβον, καὶ ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις ὀλιγαρχία καὶ στάσις ἐπαύσατο.

XCIX. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι, ὡς τροφήν τε οὐδεὶς ἐδίδου τῶν ὑπὸ Τισσαφέρνους τότε ὅτ' ἐπὶ τὴν Ἄσπενδον παρῄει προσταχθέντων, καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης τέως που ἧκον, ὅ τε Φίλιππος ὁ ξυμπεμφθεὶς αὐτῷ ἐπεστάλκει Μινδάρῳ τῷ ναυάρχῳ, καὶ ἄλλος Ἱπποκράτης ἀνὴρ Σπαρτιάτης καὶ ὢν ἐν Φασήλιδι, ὅτι οὔτε αἱ νῆες παρέσοιντο πάντα τε ἀδικοῖντο ὑπὸ Τισσαφέρνους, Φαρνάβαζός τ' ἐπεκαλεῖτο αὐτοὺς καὶ ἦν πρόθυμος κομίσας τὰς ναῦς καὶ αὐτὸς τὰς λοιπὰς ἔτι πόλεις τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς ἀποστῆσαι τῶν Ἀθηναίων ὥσπερ καὶ ὁ Τισσαφέρνης, ἐλπίζων πλέον τι σχήσειν ἀπ' αὐτοῦ, οὕτω δὴ ὁ Μίνδαρος πολλῷ κόσμῳ καὶ ἀπὸ παραγγέλματος αἰφνιδίου, ὅπως λάθοι τοὺς ἐν Σάμῳ, ἄρας ἀπὸ τῆς Μιλήτου ναυσὶ τρισὶ καὶ ἑβδομήκοντα ἔπλει ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Πρότερον δ' ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τῷδε ἑκκαίδεκα ἐς αὐτὸν νῆες ἐσέπλευσαν, αἳ καὶ τῆς Χερσονήσου τι μέρος κατέδραμον. Χειμασθεὶς δὲ ἀνέμῳ καὶ ἀναγκασθεὶς καταίρει ἐς τὴν Ἴκαρον, καὶ μείνας ἐν αὐτῇ ὑπὸ ἀπλοίας πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας ἀφικνεῖται ἐς τὴν Χίον.

C. Ὁ δὲ Θράσυλος ἐκ τῆς Σάμου, ἐπειδὴ ἐπύθετο αὐτὸν ἐκ τῆς Μιλήτου ἀπηρκότα, ἔπλει καὶ αὐτὸς ναυσὶν εὐθὺς πέντε καὶ πεντήκοντα, ἐπειγόμενος μὴ φθάσῃ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐσπλεύσας. (2) Αἰσθόμενος δ' ὅτι ἐν τῇ Χίῳ εἴη, καὶ νομίσας αὐτὸν καθέξειν αὐτοῦ, σκοποὺς μὲν κατεστήσατο καὶ ἐν τῇ Λέσβῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, εἰ ἄρα ποι κινοῖντο αἱ νῆες, ὅπως μὴ λάθοιεν, αὐτὸς δ' ἐς τὴν Μήθυμναν παραπλεύσας ἄλφιτά τε καὶ τἆλλα ἐπιτήδεια παρασκευάζειν ἐκέλευεν, ὡς ἢν πλείων χρόνος γίγνηται, ἐκ τῆς Λέσβου τοὺς ἐπίπλους τῇ Χίῳ ποιησόμενος. (3) Ἅμα δέ, Ἔρεσσος γὰρ τῆς Λέσβου ἀφειστήκει, ἐβούλετο ἐπ' αὐτὴν πλεύσας, εἰ δύναιτο, ἐξελεῖν. Μηθυμναίων γὰρ οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι φυγάδες διακομίσαντες ἔκ τε τῆς Κύμης προσεταιριστοὺς ὁπλίτας ὡς πεντήκοντα καὶ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου μισθωσάμενοι, ξύμπασιν ὡς τριακοσίοις, Ἀναξάνδρου Θηβαίου κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἡγουμένου προσέβαλον πρώτῃ Μηθύμνῃ, καὶ ἀποκρουσθέντες τῆς πείρας διὰ τοὺς ἐκ τῆς Μυτιλήνης Ἀθηναίων φρουροὺς προελθόντας, αὖθις ἔξω μάχῃ ἀπωσθέντες καὶ διὰ τοῦ ὄρους κομισθέντες ἀφιστᾶσι τὴν Ἔρεσσον. (4) Πλεύσας οὖν ὁ Θράσυλος ἐπ' αὐτὴν πάσαις ταῖς ναυσὶ διενοεῖτο προσβολὴν ποιεῖσθαι. Προαφιγμένος δ' αὐτόσε ἦν καὶ ὁ Θρασύβουλος πέντε ναυσὶν ἐκ τῆς Σάμου, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς ἡ τῶν φυγάδων αὕτη διάβασις· ὑστερήσας δ' ἐπὶ τὴν Ἔρεσον ἐφώρμει ἐλθών. (5) Προσεγένοντο δὲ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου τινὲς δύο νῆες ἐπ' οἴκου ἀνακομιζόμεναι καὶ αἱ Μηθυμναῖαι· καὶ αἱ πᾶσαι νῆες παρῆσαν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα, ἀφ' ὧν τῷ

bantur, fide publica interposita, exierunt. (4) *Hoc igitur* modo captam Œnoen Bœoti receperunt; et Athenis paucorum dominatus et seditio finem habuit.

XCIX. Per eadem hujus æstatis tempora Peloponnesii quoque, qui Mileti erant, quum neque ab illorum quoquam stipendium iis daretur, quibus a Tissapherne tunc, quum Aspendum petebat, negotium datum erat, neque Phœnissæ naves aut Tissaphernes adhuc unquam advenissent, et Philippus, qui cum eo missus erat, Mindaro nauarcho scripsisset, itemque Hippocrates, vir Spartanus, qui apud Phaselidem erat, neque naves venturas esse, et per omnia eos injuria affici a Tissapherne, et quum Pharnabazus eos advocaret et magno studio paratus esset navibus adductis et ipse reliquas adhuc suæ provinciæ civitates ad defectionem ab Atheniensibus faciendam compellere, ut Tissaphernes, sperans ex hac re commodum aliquod se percepturum, sic igitur Mindarus, militari disciplina accurate servata, et profectione subito indicta, ut lateret hostes, qui Sami erant, cum tribus et septuaginta navibus Mileto solvens in Hellespontum navigabat. Antea autem per hanc eandem æstatem aliæ sexdecim naves illuc iverant, et quamdam Chersonesi partem incursionibus infestaverant. Sed tempestate jactatus, ad Icarum appellere coactus est, et quum ibi propter navigandi difficultatem quinque vel sex dies moratus esset, Chium pervenit.

C. Thrasylus vero e Samo, quum eum Mileto discessisse intellexisset, ipse quoque solvebat cum quinque et quinquaginta navibus, properans, ne ille ocius in Hellespontum ingrederetur. (2) Sed quum sensisset, eum apud Chium esse, ratus fore, ut illic se contineret, speculatores quidem et in Lesbo et in opposita continente collocavit, si forte naves aliquo proficiscerentur, ne laterent, ipse vero cum classe Methymnam profectus, farinam et cetera necessaria apparari jussit, ut, si major mora fieret, ex Lesbo Chium infesta classe petiturus. (3) Simul etiam quoniam Eressus in Lesbo defectionem fecerat, volebat adversus eam profectus, si posset, expugnare. Nam Methymnæorum exsules, qui non minimæ auctoritatis erant, quum et Cuma ad quinquaginta gravis armaturæ milites ejusdem sodalicii socios transportassent, et e continente alios mercede conduxissent, cunctis ad trecentos, Anaxarcho Thebano propter cognationem duce delecto, Methymnam primum adorti erant et de eo conatu dejecti propter Atheniensium præsidium Mytilene progressum, rursus prœlio extra urbem repulsi, per montem itinere facto, Eressum ad defectionem compulerunt. (4) Thrasylus igitur profectus adversus eam cum tota classe impetum facere cogitabat. Sed et ante eum Thrasybulus cum quinque navibus e Samo illuc venerat, quum de hoc exsulum trajectu nuntius iis allatus esset; quum autem serius venisset, adversus Eressum profectus, stationem contra eam habebat. (5) Accessere præterea duæ quædam naves ex Hellesponto domum redeuntes, et Methymnææ; et omnino naves aderant septem et sexaginta, ex quibus exercitu

στρατεύματι παρεσκευάζοντο ὡς κατὰ κράτος μηχαναῖς τε καὶ παντὶ τρόπῳ, ἣν δύνωνται, αἱρήσοντες τὴν Ἐρεσόν.

CI. Ὁ δὲ Μίνδαρος ἐν τούτῳ καὶ ἐκ τῆς Χίου τῶν Πελοποννησίων αἱ νῆες ἐπισιτισάμεναι δυσὶν ἡμέραις, καὶ λαβόντες παρὰ τῶν Χίων τρεῖς τεσσαρακοστὰς ἕκαστος Χίας, τῇ τρίτῃ διὰ ταχέων ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς Χίου [οὐ] πελάγιαι, ἵνα μὴ περιτύχωσι ταῖς ἐν τῇ Ἐρεσῷ ναυσίν, ἀλλ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λέσβον ἔχοντες ἔπλεον ἐπὶ τὴν ἤπειρον. (2) Καὶ προσβαλόντες τῆς Φωκαΐδος ἐς τὸν ἐν Καρτερίοις λιμένα καὶ ἀριστοποιησάμενοι, παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀργεννούσαις τῆς ἠπείρου, ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μυτιλήνης. (3) Ἐντεῦθεν δ' ἔτι πολλῆς νυκτὸς παραπλεύσαντες, καὶ ἀφικόμενοι τῆς ἠπείρου ἐς Ἁρματοῦντα καταντικρὺ Μηθύμνης, ἀριστοποιησάμενοι, διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λέκτον καὶ Λάρισσαν καὶ Ἁμαξιτὸν καὶ τὰ ταύτῃ χωρία ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτειον ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου, πρῳαίτερον μέσων νυκτῶν. Εἰσὶ δ' αἳ τῶν νεῶν καὶ ἐς Σίγειον κατῆραν καὶ ἄλλοσε τῶν ταύτῃ χωρίων.

CII. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ δυοῖν δεούσαις εἴκοσι ναυσὶν ὄντες, ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον καὶ ᾐσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα, ἔγνωσαν ὅτι ἐσπλέουσιν οἱ Πελοποννήσιοι. Καὶ τῆς αὐτῆς ταύτης νυκτός, ὡς εἶχον τάχους, ὑπομίξαντες τῇ Χερσονήσῳ παρέπλεον ἐπ' Ἐλαιοῦντος, βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι ἐς τὴν εὐρυχωρίαν τὰς τῶν πολεμίων ναῦς. (2) Καὶ τὰς μὲν ἐν Ἀβύδῳ ἑκκαίδεκα ναῦς ἔλαθον, προειρημένης φυλακῆς τῷ φιλίῳ ἐπίπλῳ, ὅπως αὐτῶν ἀνακῶς ἕξουσιν, ἢν ἐκπλέωσιν· τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἅμα τῇ ἕῳ κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι, οὐ φθάνουσι πᾶσαι, ἀλλ' αἱ μὲν πλείους ἐπὶ τῆς Ἴμβρου καὶ Λήμνου διέφυγον, τέσσαρες δὲ τῶν νεῶν αἱ ὕσταται πλέουσαι καταλαμβάνονται παρὰ τὸν Ἐλαιοῦντα. (3) Καὶ μίαν μὲν ἐποκείλασαν κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου αὐτοῖς ἀνδράσι λαμβάνουσιν, δύο δ' ἑτέρας ἄνευ τῶν ἀνδρῶν· τὴν δὲ μίαν πρὸς τῇ Ἴμβρῳ κενὴν κατακαίουσιν.

CIII. Μετὰ δὲ τοῦτο ταῖς τε ἐξ Ἀβύδου ξυμμιγείσαις καὶ ταῖς ἄλλαις ξυμπάσαις ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα πολιορκήσαντες Ἐλαιοῦντα ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς οὐ προσεχώρει, ἀπέπλευσαν ἐς Ἄβυδον.

(2) Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ψευσθέντες τῶν σκοπῶν καὶ οὐκ ἂν οἰόμενοι σφᾶς λαθεῖν τὸν παράπλουν τῶν πολεμίων νεῶν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν τειχομαχοῦντες, ὡς ᾔσθοντο, εὐθὺς ἀπολιπόντες τὴν Ἐρεσὸν κατὰ τάχος ἐβοήθουν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον· (3) καὶ δύο τε ναῦς τῶν Πελοποννησίων αἱροῦσιν, αἳ πρὸς τὸ πέλαγος τότε θρασύτερον ἐν τῇ διώξει ἀπάρασαι περιέπεσον αὐτοῖς, καὶ ἡμέρᾳ ὕστερον ἀφικόμενοι ὁρμίζονται ἐς τὸν Ἐλαιοῦντα, καὶ τὰς ἐκ τῆς Ἴμβρου ὅσαι κατέφυγον κομίζονται, καὶ ἐς τὴν ναυμαχίαν πένθ' ἡμέρας παρεσκευάζοντο.

CIV. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐναυμάχουν τρόπῳ τοιῷδε. Οἱ

exposito parabant Eressum per vim et machinis et quavis ratione, si possent, expugnare.

CI. Mindarus vero interea, et Peloponnesiorum naves ex Chio profectæ, quum duobus diebus cibaria sibi comparassent, et singuli milites a Chiis accepissent tres tessaracostas Chias, tertio die ex Chio solvunt [non] per altum, ne inciderent in naves, quæ ad Eressum stabant, sed a sinistra Lesbum habentes, ad continentem navigabant. (2) Et quum ad agri Phocaici portum in Carteriis situm appulissent, et prandium ibi sumpsissent, oram Cumanam prætervecti cœnam instituunt in Argennusis, quæ sunt in continente e regione Mytilenes. (3) Hinc autem, quum adhuc multa nox esset, prætervecti, et ad Harmatuntem in continente e regione Methymnæ sitam profecti, sumpto prandio, celeriter prætervecti Lectum et Larissam et Hamaxitum, et illic loca perveniunt ad Rhœtium, quod est jam Hellesponti, ante mediam noctem. Nonnullæ autem navium et ad Sigeum, et ad alia illius regionis loca appulerunt.

CII. Athenienses vero, qui apud Sestum erant cum duodeviginti navibus, ut et per ignes sublatos rem accipiebant et animadvertebant multos ignes repente in hostili agro accensos, intellexerunt Peloponnesios in Hellespontum ingredi. Quamobrem hac ipsa nocte, celeritate quanta maxima poterant, maritimam Chersonesi oram legentes, ad Elæuntem prætervecti contendebant, quod hostium classem in apertum mare navigantes vitare vellent. (2) Et illas quidem sexdecim naves, quæ ad Abydum erant, latuerunt, quamvis ab amica suorum classe præmonitæ essent, ut diligenter observarent, si illi exirent. Quum autem primo statim diluculo illas naves, quæ cum Mindaro erant, conspexissent, et e vestigio Peloponnesii insequi cœpissent, non omnes naves ocius evaserunt, sed pleræque quidem in continentem et in Lemnum diffugerunt, quatuor vero quæ postremæ navigabant, prope Elæuntem interceptæ sunt. (3) Atque unam quidem, ad Protesilai delubrum impactam, cum ipsis hominibus ceperunt, et duas alias sine viris; quartam vacuam ad Imbrum combusserunt.

CIII. Postea vero conjunctis et iis, quas ex Abydo secum duxerant, et cum reliquis universis, sex et octoginta, hoc ipso die Elæuntem oppugnaverunt; sed quum hæc deditionem facere nollet, Abydum redierunt.

(2) Athenienses vero a speculatoribus frustrati, et existimantes hostium classem nequaquam clam se præterituram, sed per otium mœnia oppugnantes, postquam rem cognoverunt, protinus omissa Eresso celeriter in Hellespontum proficiscebantur; (3) atque simul et duas Peloponnesiorum naves capiunt, quæ tunc in hostibus persequendis audacius ni altum provectæ in ipsos inciderant, et postero die Elæuntem profectii, stationem illic habuerunt, et ex Imbro naves, quotquot eo confugerant, receperunt, et per quinque dies ad prœlium navale se parabant.

CIV. Postea vero navale prœlium committebant hoc

Ἀθηναῖοι παρέπλεον ἐπὶ κέρως ταξάμενοι παρ' αὐτὴν τὴν γῆν ἐπὶ τῆς Σηστοῦ, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι αἰσθόμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀντανῆγον καὶ αὐτοί. (2) Καὶ ὡς ἔγνωσαν ναυμαχήσοντες, παρέτειναν τὸ κέρας οἱ μὲν Ἀθηναῖοι παρὰ τὴν Χερσόνησον, ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀῤῥιανῶν, νῆες ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Δαρδάνου, νῆες ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα. (3) Κέρας δὲ τοῖς μὲν Πελοποννησίοις εἶχον τὸ μὲν δεξιὸν Συρακόσιοι, τὸ δ' ἕτερον αὐτὸς Μίνδαρος καὶ τῶν νεῶν αἱ ἄριστα πλέουσαι, Ἀθηναίοις δὲ τὸ μὲν ἀριστερὸν Θράσυλος, ὁ δὲ Θρασύβουλος τὸ δεξιόν· οἱ δ' ἄλλοι στρατηγοὶ ὡς ἕκαστοι διετάξαντο. (4) Ἐπειγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων πρότερόν τε ξυμμῖξαι, καὶ κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ ἀποκλῇσαι τοῦ ἔξω αὐτοὺς ἔκπλου, εἰ δύναιντο, κατὰ δὲ τὸ μέσον ἐξῶσαι πρὸς τὴν γῆν οὐχ ἑκὰς οὖσαν, οἱ Ἀθηναῖοι γνόντες, ᾗ μὲν ἐβούλοντο ἀποφράξασθαι αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, ἀντεπεξῆγον καὶ περιεγίγνοντο τῷ πλῷ, (5) τὸ δ' εὐώνυμον αὐτοῖς ὑπερεβεβλήκει ἤδη τὴν ἄκραν ἣ Κυνὸς σῆμα καλεῖται. Τῷ δὲ μέσῳ, τοιούτου ξυμβαίνοντος, ἀσθενέσι καὶ διεσπασμέναις ταῖς ναυσὶ καθίσταντο, ἄλλως τε καὶ ἐλάσσοσι χρώμενοι τὸ πλῆθος, καὶ τοῦ χωρίου τοῦ περὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη τὴν περιβολὴν ἔχοντος, ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπέκεινα αὐτοῦ γιγνόμενα μὴ κάτοπτα εἶναι.

CV. Προσπεσόντες οὖν οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ τὸ μέσον ἐξέωσάν τε ἐς τὸ ξηρὸν τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπεξέβησαν, τῷ ἔργῳ πολὺ περισχόντες. (2) Ἀμῦναι δὲ τῷ μέσῳ οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ὑπὸ πλήθους τῶν ἐπικειμένων νεῶν ἐδύναντο, οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θράσυλον ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου· ἀφανές τε γὰρ ἦν διὰ τὴν ἄκραν τὸ Κυνὸς σῆμα, καὶ ἅμα οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐλάσσους ἐπιτεταγμένοι εἶργον αὐτούς, πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι. (3) Γνόντες δὲ οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον τὰς ἐπὶ σφίσι ναῦς ἐπεχούσας, παυσάμενοι τῆς ἐπεξαγωγῆς ἤδη τοῦ κέρως καὶ ἐπαναστρέψαντες εὐθὺς ἠμύναντό τε καὶ τρέπουσιν, καὶ τὰς κατὰ τὸ νικῆσαν τῶν Πελοποννησίων μέρος ὑπολαβόντες πεπλανημένας ἔκοπτόν τε καὶ ἐς φόβον τὰς πλείους ἀμαχεὶ καθίστασαν. Οἵ τε Συρακόσιοι ἐτύγχανον καὶ αὐτοὶ ἤδη τοῖς περὶ τὸν Θράσυλον ἐνδεδωκότες καὶ μᾶλλον ἐς φυγὴν ὁρμήσαντες, ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἑώρων.

CVI. Γεγενημένης δὲ τῆς τροπῆς, καὶ καταφυγόντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Μείδιον μάλιστα ποταμὸν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ ἐς Ἄβυδον, ναῦς μὲν ὀλίγας ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι (στενὸς γὰρ ὢν ὁ Ἑλλήσποντος βραχείας τὰς ἀποφυγὰς τοῖς ἐναντίοις παρεῖχεν), τὴν μέντοι νίκην ταύτην τῆς ναυμαχίας ἐπικαιροτάτην δὴ ἔσχον. (2) Φοβούμενοι γὰρ τέως τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν διά τε τὰ κατὰ βραχὺ σφάλ-

modo. Athenienses aciei longo ordine secundum ipsam oram Sestum versus navigabant; Peloponnesii vero re cognita ex Abydo et ipsi obviam prodibant. (2) Et postquam animadverterunt navale prœlium commissum iri, longum ordinem utrimque extenderunt, Athenienses quidem, juxta Chersonesum, initio ducto ab Idaco usque ad Arrhiana, navibus sex et septuaginta, Peloponnesii contra ab Abydo usque ad Dardanum, navibus octo et octoginta. (3) Cornu autem apud Peloponnesios quidem tenebant dextrum Syracusani, alterum ipse Mindarus, et velocissimæ navium; apud Athenienses vero sinistrum Thrasylus, Thrasybulus dextrum; ceterique duces suo quisque loco steterunt. (4) Quum autem Peloponnesii et prius ad manus venire properarent, et dextro Atheniensium cornu ipsi circumfusi cum suo sinistro illos extrinsecus prodeundi facultate, si possent, intercludere, in medio vero elidere eos ad terram non procul distantem, Athenienses hac re cognita, qua quidem parte adversarii eos intercludere volebant, aciem contra ipsi extendebant et prævertebant illos navigationis celeritate; (5) sed sinistrum eorum cornu superaverat jam promontorium, quod Cynossema appellatur. In medio autem propter hanc rem infirmis ac dissipatis navibus consistebant, præsertim quod numero paucioribus utebantur, et locus ille, qui circa Cynossema erat, acutum et angularem amfractum habebat, ita ut ea, quæ ultra eum fiebant, conspici non possent.

CV. Facta igitur Peloponnesii impressione in medium et naves Atheniensium in siccum eliserunt, et ultro in terram exscenderunt, prœlio longe superiores. (2) Succurrere autem mediæ aciei neque Thrasybulus cum suis a dextrō poterat propter navium sibi instantium multitudinem, neque Thrasylus cum suis a sinistro; nam neque conspicua his res erat propter promontorium Cynossema et simul Syracusani et ceteri, qui non pauciores numero contra eos in acie positi erant, eos prohibebant; donec Peloponnesii propterea quod victoria potiti secure alii aliam navem insequebantur, quadam suæ classis parte ordines solvere cœperunt. (3) Quod quum intellexissent Thrasybulus et qui cum eo erant, destiterunt jam a cornu amplius extendendo et repente conversi impetum in naves sibi oppositas fecerunt et statim eas in fugam vertunt, et illas naves, quæ in victrici Peloponnesiorum parte erant, palatas subito invecti et affligebant et in terrorem plerasque sine prœlio conjiciebant. Et forte Syracusani quoque et ipsi jam cesserant iis, qui cum Thrasylo erant, et in fugam eo magis se conjecerunt, postquam ceteros etiam fugere viderunt.

CVI. Quum autem facta esset fuga et Peloponnesii primo ad flumen Midium præcipue confugissent, deinde vero Abydum, naves quidem paucas Athenienses ceperunt (angustus enim quum sit Hellespontus, brevia hostibus effugia præbebat), victoriam tamen hanc navalis prœlii opportunissimam tunc obtinuerunt. (2) Quum enim ad eum usque diem formidarent Peloponnesiorum classem, et propter clades minores passim acceptas, et propter calamitatem, quæ iis in

ματα καὶ διὰ τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφοράν, ἀπηλλάγησαν τοῦ σφᾶς τε αὐτοὺς καταμέμφεσθαι καὶ τοὺς πολεμίους ἔτι ἀξίους του ἐς τὰ ναυτικὰ νομίζειν. (3) Ναῦς μέντοι τῶν ἐναντίων λαμβάνουσι Χίας μὲν ὀκτώ, Κορινθίας δὲ πέντε, Ἀμπρακιώτιδας δὲ δύο καὶ Βοιωτίας δύο, Λευκαδίων δὲ καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Συρακοσίων καὶ Πελληνέων μίαν ἑκάστων· αὐτοὶ δὲ πεντεκαίδεκα ναῦς ἀπολλύασιν. (4) Στήσαντες δὲ τροπαῖον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ οὗ τὸ Κυνὸς σῆμα, καὶ τὰ ναυάγια προσαγαγόμενοι καὶ νεκροὺς τοῖς ἐναντίοις ὑποσπόνδους ἀποδόντες, ἀπέστειλαν καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας τριήρη ἄγγελον τῆς νίκης. (5) Οἱ δ' ἀφικομένης τῆς νεὼς καὶ ἀνέλπιστον τὴν εὐτυχίαν ἀκούσαντες ἐπί τε ταῖς περὶ τὴν Εὔβοιαν ἄρτι ξυμφοραῖς καὶ κατὰ τὴν στάσιν γεγενημέναις πολὺ ἐπερρώσθησαν, καὶ ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα, ἢν προθύμως ἀντιλαμβάνωνται, περιγενέσθαι.

CVII. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν ἡμέρᾳ τετάρτῃ ὑπὸ σπουδῆς ἐπισκευάσαντες τὰς ναῦς οἱ ἐν τῇ Σηστῷ Ἀθηναῖοι ἔπλεον ἐπὶ Κύζικον ἀφεστηκυῖαν· καὶ κατιδόντες καθ' Ἁρπάγιον καὶ Πρίαπον τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ ναῦς ὁρμούσας, ἐπιπλεύσαντες καὶ μάχῃ κρατήσαντες τοὺς ἐν τῇ γῇ, ἔλαβον τὰς ναῦς. Ἀφικόμενοι δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Κύζικον ἀτείχιστον οὖσαν προσηγάγοντο πάλιν καὶ χρήματα ἀνέπραξαν. (2) Ἔπλευσαν δ' ἐν τούτῳ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἐκ τῆς Ἀβύδου ἐπὶ τὸν Ἐλαιοῦντα, καὶ τῶν σφετέρων νεῶν τῶν αἰχμαλώτων ὅσαι ἦσαν ὑγιεῖς ἐκομίσαντο (τὰς δὲ ἄλλας Ἐλαιούσιοι κατέκαυσαν), καὶ ἐς τὴν Εὔβοιαν ἀπέπεμψαν Ἱπποκράτη καὶ Ἐπικλέα κομιοῦντας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.

CVIII. Κατέπλευσε δὲ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης ταῖς τρισὶ καὶ δέκα ναυσὶν ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον, ἀγγέλλων ὅτι τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἀποστρέψειε Πελοποννησίοις ὥστε μὴ ἐλθεῖν, καὶ τὸν Τισσαφέρνην ὅτι φίλον πεποιήκοι μᾶλλον Ἀθηναίοις ἢ πρότερον. (2) Καὶ πληρώσας ναῦς ἐννέα πρὸς αἷς εἶχεν, Ἁλικαρνασέας τε πολλὰ χρήματα ἐξέπραξε καὶ Κῶν ἐτείχισεν. Ταῦτα δὲ πράξας καὶ ἄρχοντα ἐν τῇ Κῷ καταστήσας πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη ἐς τὴν Σάμον κατέπλευσεν.

(3) Καὶ ὁ Τισσαφέρνης ἀπὸ τῆς Ἀσπένδου, ὡς ἐπύθετο τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐκ τῆς Μιλήτου ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πεπλευκυίας, ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τῆς Ἰωνίας. (4) Ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, Ἀντάνδριοι (εἰσὶ δὲ Αἰολῆς) παρακομισάμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδου πεζῇ διὰ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους ὁπλίτας ἐσηγάγοντο ἐς τὴν πόλιν, ὑπὸ Ἀρσάκου τοῦ Πέρσου Τισσαφέρνους ὑπάρχου ἀδικούμενοι, ὅσπερ καὶ Δηλίους τοὺς Ἀτραμύττιον κατοικήσαντας ὅτε ὑπ' Ἀθηναίων Δήλου καθάρσεως ἕνεκα ἀνέστησαν, ἔχθραν προσποιησάμενος ἄδηλον καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτίστοις, ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ, τηρήσας ἀριστοποιουμένους καὶ περι-

Sicilia contigerat, desierunt jam et se ipsos accusare, et hostes ob res nauticas in aliquo numero ponere. (3) Naves tamen adversariorum ceperunt Chias octo, Corinthias quinque, Ampracioticas duas et Bœoticas duas, Leucadiorum vero et Lacedæmoniorum et Syracusanorum et Pellenæorum singulas singulorum; ipsi autem quindecim naves amiserunt. (4) Atque quum in promontorio, ubi erat Canis sepulchrum, tropæum statuissent, et naufragia ad se attraxissent, et hostibus cadavera, fide publica interposita, reddidissent, Athenas etiam victoriæ nuntiam triremem miserunt. (5) Illi vero quum navis pervenisset, audita felicitate insperata, post clades modo circum Eubœam et per seditionem acceptas vehementer animo confirmati sunt, et existimarunt, res suas adhuc, si impigre eas capesserent, superiores evadere posse.

CVII. Post navale prœlium autem quarto die studiose navibus refectis Athenienses apud Sestum morati navigabant adversus Cyzicum, quæ defecerat; et conspicati apud Harpagium et Priapum naves octo a Byzantio digressas in ancoris stantes, illuc infesta classe profecti, prœlio superatis iis, qui erant in terra, naves ceperunt. Quum autem ad Cyzicum nullis muris munitam pervenissent, eam rursus in suam potestatem redegerunt, et pecunias exegerunt. (2) Interea vero et Peloponnesii ex Abydo adversus Elæuntem navigarunt, et suas naves captivas, quotquot erant integræ, secum abduxerunt, (ceteras autem Elæusii concremarunt) et Hippocratem et Epiclem in Eubœam miserunt, ut naves illuc missas adducerent.

CVIII. Per hæc eadem tempora Alcibiades etiam cum tredecim suis navibus e Cauno et Phaselide Samum rediit, nuntians, se Phœnissas naves avertisse, ne ad Peloponnesios venirent, et Tissaphernem movisse, ut Atheniensibus benevolentior esset, quam antea. (2) Et intructis navibus novem, præter eas, quas habebat, et ab Halicarnassensibus ingentem pecuniam exegit, et Con munivit. His autem peractis, et magistratu ibi constituto, Samum jam sub autumnum rediit.

(3) Et Tissaphernes, quum audisset, Peloponnesiorum classem a Mileto in Hellespontum profectam, ex Aspendo solvens in Ioniam properabat. (4) Quum autem Peloponnesii in Hellesponto essent, Antandrii (sunt autem Æoles) gravis armaturæ milites ex Abydo per montem Idam itinere pedestri clam deductos in urbem introduxerunt, quod ab Arsace Persa, Tissaphernis præfecto, injuria afficiebantur, qui Delios quoque, qui Atramyttium incoluerant, quo tempore ab Atheniensibus, Deli lustrandæ causa, suis sedibus pulsi erant, occulto odio dissimulato, et illorum præstantissimis indicta expeditione, per amicitiæ ac societatis speciem eduxerat, et quum eos prandentes observavisset et

στήσας τοὺς ἑαυτοῦ κατηκόντισεν. (5) Φοβούμενοι οὖν αὐτὸν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον μήποτε καὶ περὶ σφᾶς τι παρανομήσῃ, καὶ ἄλλα ἐπιβάλλοντος αὐτοῦ ἃ φέρειν οὐκ ἠδύναντο, ἐκβάλλουσι τοὺς φρουροὺς αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως.

CIX. Ὁ δὲ Τισσαφέρνης αἰσθόμενος καὶ τοῦτο τῶν Πελοποννησίων τὸ ἔργον, καὶ οὐ μόνον τὸ ἐν Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ (καὶ ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῦ ἐξεπεπτώκεσαν οἱ φρουροί), διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοῖς σφόδρα, καὶ δείσας μὴ καὶ ἄλλο τι ἔτι βλάπτωσιν, καὶ ἅμα ἀχθόμενος εἰ Φαρνάβαζος ἐξ ἐλάσσονος χρόνου καὶ δαπάνης δεξάμενος αὐτοὺς κατορθώσει τι μᾶλλον τῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, πορεύεσθαι διενοεῖτο πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, ὅπως μέμψηταί τε τῶν περὶ τὴν Ἄντανδρον γεγενημένων καὶ τὰς διαβολὰς καὶ περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν καὶ τῶν ἄλλων εὐπρεπέστατα ἀπολογήσηται. Καὶ ἀφικόμενος πρῶτον ἐς Ἔφεσον θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι. (2) [Ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται.]

suis circumdedisset, sagittis perdiderat. (5) Timentes igitur eum Antandrii propter hoc facinus, ne quid is in se quoque aliquando scelerate perpetraret, quum idem etiam alia iis imponeret, quæ ferre non poterant, ejus præsidium ex arce ejecerunt.

CIX. Tissaphernes vero, quum sensisset, hujus quoque rei Peloponnesios auctores esse, nec earum solum, quæ in Mileto et Cnido acciderant (nam hinc quoque ejus præsidia erant ejecta), existimans, ingentem sibi apud eos invidiam conflatam esse, veritusque ne quo alio præterea damno se afficerent, et simul ægre ferens, si Pharnabazus, qui minore et tempore et sumptu eos sibi adjunxisset, felicius adversus Athenienses rem gereret, proficisci parabat ad eos in Hellespontum, ut et expostularet de rebus circa Antandrum gestis, et crimina sibi objecta de Phœnissis navibus et reliquis rebus quam honestissime defenderet. Ac primum Ephesum profectus, Dianæ sacrificium fecit. (2) [Quum hiems hanc æstatem insecuta finietur, primus ac vicesimus annus expletur.]

INDEX HISTORICUS.

A.

B.

C.

D.

E

I. J.

L

M.

O.

P.

Q

R

S

T

U, V

X

Z

ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ

ἐκ τῶν εἰς Θουκυδίδην σχολίων

περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ Θουκυδίδου καὶ τῆς τοῦ λόγου ἰδέας.

---

1. Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι· πολὺς γὰρ ὁ ἀνὴρ τέχναις καὶ κάλλει λόγων καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων καὶ στρατηγικαῖς συμβουλαῖς καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον· πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς.

2. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρός, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης, ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. (3) ᾠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν, τῷ δὲ Μιλτιάδῃ πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. (4) καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· « Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος, τοῦ δὲ Ἐπίδυκος, τοῦ δὲ Ἀκέστωρ, τοῦ δὲ Ἀγήνωρ, τοῦ δὲ Ὄλιος, τοῦ δὲ Λύκης, τοῦ δὲ Τύφων, τοῦ δὲ Λάϊος, τοῦ δὲ Ἀγαμήστωρ, τοῦ δὲ Τίσανδρος, ἐφ᾽ οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις ** τοῦ δὲ Μιλτιάδης, τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης, ἐφ᾽ οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη* * τοῦ δὲ Μιλτιάδης, ὃς ᾤκισε Χερρόνησον. » (5) μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι. (6) ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην; ἔστι γὰρ οὕτως τούτου συγγενής. (7) Θρᾷκες καὶ Δόλογκοι ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους ὄντας γείτονας, ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους· θεοῦ γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ᾽ Αἰσχύλον ὑπερτέρα, πολλάκις δ᾽ ἐν κακοῖσι τὰν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας ὑπέρ τε ὀμμάτων κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ. (8) κοὐκ ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων· ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἕξειν ἡγεμόνα τοῦτον ὃς ἂν αὐτοὺς ἀλωμένους ἐπὶ ξενίαν καλέσῃ. (9) τότε καὶ Κροῖσος εἶχε Λυδίαν καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. (10) ἐπανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας, ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι, ζητοῦντι δὲ δικαίαν τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον· ταῦτα γὰρ ᾠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. (11) ὁρῶν οὖν αὐτοὺς πλανητῶν ἔχοντας στολήν, συνεὶς τί δύναται πλάνη,

MARCELLINI

DE THUCYDIDIS VITA ET ORATIONIS FORMA LIBELLUS EX SCHOLIIS IN THUCYDIDEM DEPROMPTUS.

---

1. Jam tempus est ut qui Demosthenis divinarum orationum et concertationum cognitione imbuti et sententiis ejus ad deliberativum et judiciale dicendi genus pertinentibus pleni et abunde referti sunt, in Thucydidis etiam mysteria introducantur ipsiusque sacris initientur. Hic enim vir et arte, et pulchritudine orationum, et accurata rerum notitia, et exercitus ductandi scientia pollet, et in deliberativo et demonstrativo dicendi genere excellit. Sed vitam et genus viri primum declarare est necesse : illis enim, qui recte de rebus sentiunt, antequam ad scripta accedant, hæc sunt inquirenda.

2. Thucydides igitur, ille historiarum scriptor, ex patre Oloro, qui ab Oloro Thracum rege nomen impositum habebat, et ex matre Hegesipyla est procreatus, genus trahens a nobilissimis ducibus, Miltiadem et Cimonem dico. (3) Antiquitus enim cum Miltiade Atheniensium duce; et propter Miltiadis genus, cum ipso Æaco Jovis filio cognatione conjunctus erat. Adeo illustribus majoribus historicus iste se natum gloriatur. (4) Atque Didymus hæc suo testimonio confirmat, qui tradit Pherecydem primo Historiarum libro ita scribere : « Athenis habitavit Philæas Ajacis filius : huic filius fuit Daiclus, huic Epidycus, huic Acestor, huic Agenor, huic Olius, huic Lyces, huic Typhon, huic Laius, huic Agamestor, huic Tisander, qui quum esset Athenis archon * * illi filius fuit Miltiades, cui filius Hippoclides, qui quum Athenis esset archon, instituta sunt Panathenæa * * illi natus est Miltiades, qui Thraciæ Chersonesum colonis frequentavit. » (5) Idem testatur et Hellanicus in eo libro, qui inscribitur Asopis. (6) Nec vero dicat aliquis, quid ipsi Miltiadi cum Thucydide? ita est enim huic cognatus. (7) Thraces et Dolonci bellum cum Apsinthiis vicino populo gerebant; sed eo bello graviter afflicti, et gravissima quæque passi, quod hostibus semper essent inferiores, ad oracula divina confugiunt, quia sciebant solum deum rationem invenire posse, quæ vel difficillimas res expediat : nam, ut et Æschylus canit, *deorum vis est summa: sæpe enim urbem in rebus adversis consilii inopem a gravi molestia liberavit, et oculis imminentem nubem in bonum vertit.* (8) Nec eos sua spes fefellit. Oraculum enim acceperunt, fore ut optimum ducem haberent eum, qui ipsos errantes ad hospitium invitasset. (9) Tunc temporis Crœsus Lydiæ rex erat; Pisistratidæ vero tyrannidem Athenis obtinebant. (10) Illi igitur dum ab oraculo revertuntur, in Miltiadem ante portas domus suæ sedentem inciderunt, qui Pisistratidarum tyrannidem iniquo animo ferebat, et justam ex Attica excedendi occasionem quærebat. Hæc enim deus, qui responsum dederat, ipsis ante paraverat. (11) Quum igitur Miltiades eos hominum errantium veste amictos vidisset, quia sciebat quid valeret erratio,

καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπηρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. (12) οἱ δ' ἥσθησαν τὸν ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῶν ξενίων εἰληφότες, καὶ πάντα αὐτῷ διηγησάμενοι στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν αὐτῶν. (13) οἱ μὲν οὖν τὸν θεόν φασιν ἐρωτήσαντα ἐξελθεῖν, οἱ δὲ οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόσκλησιν τῶν Θρᾳκῶν διηγησάμενον ἀπελθεῖν· ὃς καὶ προσδοὺς δύναμιν ἀπέπεμψεν, ἥσθεὶς ὅτι μέγα δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. (14) οὗτος οὖν ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα, καὶ μετὰ τὴν νίκην γίγνεται καὶ Χερρονήσου οἰκιστής. (15) ἀποθανόντος δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ διαδέχεται τὴν ἐν Χερρονήσῳ ἀρχὴν Στησαγόρας ὁ .... ἀδελφὸς ὁμομήτριος. (16) ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. (17) οὗτος οὖν, ὄντων αὐτῷ παίδων ἐξ Ἀττικῆς γυναικός, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας λαμβάνει Θρᾳκῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμον· ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς γίνεται παιδίον. (18) κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα Περσῶν συσκευασάμενος τὰ αὐτοῦ εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποστέλλει. (19) ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρᾳκικῆς· ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. (20) Μιλτιάδης δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θρᾴκης διαφυγὼν σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ καὶ τὴν τῶν .... συκοφαντίαν· ἐγκλήματα γὰρ αὐτῷ........ διεξιόντες τὴν τυραννίδα. (21) ἀποφεύγει δὲ ..... στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίγνεται. (22) ἀπὸ τούτου οὖν .... κατάγεσθαί φησι τὸ Θουκυδίδου γένος. καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πόλλην περιουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης κτήματα καὶ .... σύλη μέταλλα χρυσᾶ. (23) δοκεῖ οὖν τισὶν ..... εἶναι τοῦ Μιλτιάδου ἢ θυγατριδοῦς. (24) παρέσχε δ' ἡμῖν τὴν ἄλλως αὐτὸς ζήτησιν, μηδεμίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. (25) μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο ὅτι Ὄρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐστί, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφή, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. (26) ὅτι γὰρ Ὄρολός ἐστιν, ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη, ἔνθα κεχάρακται « Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος. » (27) πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δῆλον ὅτι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντως· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. (28) καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως τούτοις μαρτυρεῖ· ἔνθα καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ. (29) ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἕλκειν τὸ γένος, διὸ καὶ διαφθονεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. (30) ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτησ-

ipsos ad hospitium invitavit, et oraculo inserviebat nesciens. (12) Illi vero lætati sunt quod ducem nacti erant illum ex hospitio agnoscendum. Cui quum omnia narrâssent, belli ducem sibi crearunt. (13) Sunt autem qui dicant Miltiadem deo prius consulto Athenis excessisse. Alii vero tradunt eum non sine tyranni voluntate inde exiisse; sed postquam tyranno significasset se a Thracibus vocari, sic demum abiisse : tyrannum autem copias præterea dedisse illi ac dimisisse lubentem, quia gaudebat virum magna potentia præditum Athenis exire. (14) Hic igitur factus dux res oraculo prædictas implevit et ad suum finem perduxit : et post partam victoriam coloniæ etiam in Chersonesum deductæ dux fuit. (15) Quum autem is *sine* liberis obiisset, Stesagoras, uterinus ejus frater, Chersonesi regnum hereditatis jure accepit. (16) Hoc autem et ipso defuncto, successit in regnum Miltiades, qui et idem nomen ferebat quod prior ille coloniæ in Chersonesum deductæ dux, et uterinus ac germanus Stesagoræ frater erat. (17) Hic igitur Miltiades, quamvis ex Attica muliere liberos suscepisset, tamen regnandi cupiditate flagrans Hegesipylam, Olori Thracum regis filiam, uxorem duxit, ex qua filius est ipsi natus. (18) Sed quo tempore Persæ in Græciam venerunt, Miltiades res suas convasatas magnamque generis partem Athenas misit. (19) Sed accidit ut navis caperetur, in qua etiam liberi ipsius captivi facti sunt, non tamen ii quos ex Thracica muliere susceperat; hi enim, si modo verum est Herodoti testimonium, a rege dimissi sunt. (20) Miltiades vero ex Thracia fugiens, in agrum Atticum salvus pervenit; at non ita quidem inimicorum suorum calumnias effugere potuit : crimina enim ipsi intulerunt, narrantes quonam modo tyrannidem in Chersoneso exercuisset. (21) Sed tamen hoc crimine absolvitur : et in bello contra barbaros imperator est creatus. (22) Ab hoc igitur Miltiade Thucydidem genus ducere tradunt. Et validissimum hujus rei argumentum esse putant ingentem ipsius opulentiam et possessiones quas in Thracia habuit, et quas Scaptesylæ aurifodinas. (23) Quibusdam igitur videtur fratris sororisve Miltiadis filius fuisse, vel ex filia nepos. (24) Ceterum Thucydides ipse hanc quærendi generis sui occasionem nobis temere præbuit, quia ipse nullam ejus mentionem fecit. (25) Hoc vero ne ignoremus, Thucydidis patri Orolo nomen fuisse, cujus nominis prima syllaba habet *r*, secunda *l*, non Olorus, quæ scriptura, ut Didymo quoque videtur, vitiosa est. (26) Nam Orolus esse scribendum, columna ejus monumento imposita aperte testatur, ubi hæc sunt insculpta, THUCYDIDES OROLI F. HALIMUSIUS. (27) Etenim ad portas, quæ Melitides vocantur, in Cœla sunt quæ appellantur Cimonia monumenta, ubi visuntur Herodoti et Thucydidis sepulcra. Hinc manifeste patet, Thucydidem ex Miltiadis genere oriundum esse; nullus enim peregrinus et ab illa familia alienus ibi sepeliebatur. (28) Idem testatur etiam Polemon in libro de arce Atheniensi; ubi etiam hoc scribit, Thucydidi filium fuisse Timotheum. (29) Hermippus vero et ab ipsis tyrannis Pisistratidis genus eum trahere dicit; quare etiam illum in suis scriptis de Harmodio et Aristogitone invidiose loqui et tyrannum ab iis cæsum fuisse negare : nec enim, ut inquit ille, tyrannum, sed Hipparchum tyranni fratrem interfecerunt. (30) Thucydides autem duxit uxorem e Scaptesylą

ύλης τῆς Θράκης πλουσίαν σφόδρα καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θράκῃ. (31) τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προελόμενος συγγράψαι αὐτὸν παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γινόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. (32) ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις, ἐξὸν Ἀθηναίοις διδόναι μόνοις καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. (33) καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχεν· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι, εἰκὸς δὲ ἦν Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἑαυτῶν ἀπαγγέλλοντας ψεύδεσθαι, καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντας. (34) διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν· τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται τῇ τῶν πολλῶν συναδούσῃ συμφωνίᾳ. (35) ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν, φησὶν ὁ Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς· Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρός, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ ὀγδόῃ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων καταστάσεως. (36) ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος· λέγεται γὰρ ὡς ἔρριψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. (37) οὐκ ἐπολιτεύσατο δ' ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ οὐδὲ προσῆλθε τῷ βήματι, ἐστρατήγησε δ' ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών· ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. (38) πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν Βρασίδου φθάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν ἔσχεν αἰτίαν, καίτοι μὴ πάντα καταστὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις· τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠιόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμόνι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτως τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες φυγαδεύουσιν αὐτόν. (39) γενόμενος δ' ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγήν, ὡς ἂν πλουτῶν, ἐδάνεισε τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων. (40) ἀλλὰ κἀκεῖθεν μετῆλθε, καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ ὑπὸ πλατάνῳ ἔγραφεν· μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ λέγοντι ὡς φυγὼν ᾤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. (41) ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτως μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν καὶ τὰ ἤθη μέτριος, εἴ γε οὔτε Κλέων παρ' αὐτῷ οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελῆσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. (42) Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων ἀποδρᾶναί φησιν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπήνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ, Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ

Thraciæ urbe ditissimam, et metallorum fodinas in Thracia possidentem. (31) Has autem opes adeptus, non in delicias consumsit; sed quum multo ante bellum Peloponnesiacum motum iri præsensisset, quia cupiebat hoc bellum conscribere, multa Atheniensium et Lacedæmoniorum militibus et multis aliis largitus est, ut res omnes in hoc bello quomodo suo tempore essent gestæ aut dictæ, sibi, eas memoriæ literisque mandare cupienti, referrent. (32) Hic autem quærendum, cur et Lacedæmoniis et aliis pecunias dederit; quum solis Atheniensibus eas dare et ex ipsis res omnes intelligere posset. (33) Respondemus, non sine causa sed certo consilio pecunias aliis etiam ab eo datas: rerum enim omnium veritatem sibi conscribendam proposuerat. Erat autem verisimile, fore ut Athenienses utilitati suæ servientes in rerum a se gestarum relatione mentirentur, et sæpe dicerent hostes a se victos, quos tamen non vicissent. (34) Quamobrem pecuniam præbuit omnibus, ut ex multorum consensu veritatis notitiam indagaret et expiscaretur: quod enim obscurum est, id multorum concentu consensuque declaratur et aperte demonstratur. (35) Præceptores autem audivit, in philosophia quidem Anaxagoram (unde etiam, Antyllo teste, atheus paullatim haberi cœpit, quod illius philosophiæ disciplinam avidius hausisset); in rhetoricis vero, Antiphontem rhetorem, virum in arte rhetorica eximium, cujus in octavo suæ Historiæ libro mentionem facit, eumque auctorem fuisse dicit, ut popularis dominatus abrogaretur et quadringentorum virorum dominatio constitueretur. (36) Quod autem Antiphontis defuncti cadaver Athenienses extra urbem, quasi pœnas exigentes, projecerint; hoc quidem Thucydides in præceptoris gratiam silentio prætermisit: sunt enim qui dicant ejus cadaver ab Atheniensibus projectum, quod eo auctore popularis dominatus Athenis mutatus fuisset. (37) Thucydides, qui hanc historiam scripsit, quum ad virilem ætatem pervenisset, nullis reipublicæ administrandæ negotiis se immiscuit, nec ad tribunal et concionem accessit; duxit tamen exercitum, et imperium sibi a populo delatum primam malorum suorum causam habuit; nam propter hoc ipsum in exsilium est pulsus. (38) Quum enim Amphipolin missum Brasidas antevertisset et urbem illam occupasset, hoc nomine ab Atheniensibus est accusatus, quibus tamen ejus opera non prorsus fuit inutilis: nam ab hac quidem urbe capienda excidit; sed Eionem cepit, quæ ad fluvium Strymonem est sita: nihilominus tamen Athenienses prius infortunium ejus culpæ tribuentes, ipsum exsilio mulctarunt. (39) Ille vero pulsus in exsilium, quum Æginæ esset, quia magnas habebat opes, maximam suarum pecuniarum partem fœnori collocavit. (40) Postea tamen inde quoque discessit, et Scaptesylæ Thraciæ urbe degens, sub platano suam historiam scripsit. Absit enim ut fidem adhibeamus Timæo, qui Thucydidem exsilio mulctatum, in Italia vitam transegisse dicit. (41) Veruntamen ne sic quidem injuriæ acceptæ memor animo erga Athenienses male affecto historiam scripsit; sed veritatis amans et moderatis moribus erat; siquidem neque Cleon neque Brasidas, qui calamitatis auctor ipsi fuerat, ullo in ipsius scriptis maledicto ut ab irato scriptore est affectus: quamquam plerique suis affectibus inservientes, veritate prorsus neglecta, historias conscripserunt: (42) Herodotus enim a Corinthiis spretus, ipsos subterfugisse dicit pugnam navalem, quæ ad Salaminem est commissa; Timæus vero Tauromenita Timoleontem supra modum laudavit, quod Andromachus ipsius pater potestate regia ab eo exutus non erat; Philistus juniorem Dionysium verbis aggreditur hostiliter; Xenophon Menonem,

Πλάτωνος ἑταίρῳ διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ μέτριος καὶ ἐπιεικὴς τῆς ἀληθείας ἥττων.

43. Μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί, οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγός, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο· τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. (44) τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητής, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος, οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων εἶναι υἱὸν Ἀρίστωνος· συνεχρόνισε δ', ὥς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Μελανιππίδῃ. (45) καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς αὐτὸς Πραξιφάνης δηλοῖ, ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη.

46. Οἱ μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖ λέγουσιν ἀποθανεῖν ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν, καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς· ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι, τοῦ κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων. (47) Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ· τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. (48) τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ· ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασιν. (49) καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι· ἢ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασιν, ἢ κλέβδην τεθεὶς οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. (50) ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. (51) ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω λέγοντα τοῦτον ἐν Θράκῃ τετελευτηκέναι, κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν. (52) τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ Τίμαιον αὐτὸν καὶ ἄλλους λέγειν κεῖσθαι μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ. (53) λέγεται δ' αὐτὸν τὸ εἶδος γεγονέναι σύννουν μὲν τὸ πρόσωπον, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας εἰς ὀξὺ πεφυκυίας, τήν τε λοιπὴν ἕξιν προσπεφυκέναι τῇ συγγραφῇ. (54) παύσασθαι δὲ τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, μὴ πληρώσαντα τῆς συγγραφῆς τὴν προθεσμίαν.

55. Ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν Ὁμήρου, Πινδάρου δὲ εἰς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὑψηλὸν τοῦ χαρακτῆρος, ἀσαφῶς δὲ λέγων ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατός, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς δοκιμαζόμενος παρὰ τούτοις θαυμάζηται· ὁ γὰρ τοῖς ἀρίστοις ἐπαινούμενος καὶ κεκριμένην δόξαν λαβὼν ἀνάγραπτον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κέκτηται τὴν τιμήν, οὐ κινδυνεύουσαν ἐξαλειφθῆναι τοῖς ἐπικρίνουσιν. (56) ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὥς φησιν Ἄντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις

Platonis amicum, quod ipse Platonis esset æmulus, conviciis incessit. Hic vero scriptor est moderatus et æquus et veritati cedit.

43. Illud etiam ne nesciamus, plures fuisse Thucydides; nam et hic fuit, Olori filius, et secundus demagogus, Milesii filius, qui et Pericli in reipublicæ administratione est adversatus; tertius vero, genere Pharsalius, cujus mentionem facit Polemon in libro de Arce, patrem ei fuisse dicens Menonem. (44) Fuit etiam quartus alius Thucydides poeta, pago Acherdusius, cujus mentionem faciens Androtion in rerum Atticarum historia, Aristonem ei patrem fuisse dicit; vixit autem, teste Praxiphane in libro de historia, iisdem temporibus, quibus Plato comicus, Agatho tragicus, Niceratus epicus poeta, et Chœrilus, ac Melanippides. (45) Ceterum Thucydides quamdiu quidem vixit Archelaus, ut plurimum nominis obscuri fuit, ut ipse Praxiphanes ait; postea vero in summa apud omnes admiratione fuit.

46. Nonnulli ibi ipsum obiisse dicunt, ubi etiam vitam exsul degebat; corpusque ipsius non fuisse humatum Athenis hoc argumento confirmant: narrant enim tabulatum ejus tumulo impositum esse; hoc autem ex instituto et solenni Atheniensium more manifestum esse cenotaphii indicium, quando quis hujusmodi fortuna usus obit, nec Athenis sepultus est. (47) At Didymus Thucydidem ab exsilio reversum, morte violenta Athenis obiisse tradit; hoc autem a Zopyro memoriæ proditum dicit. (48) Athenienses enim, post cladem in Sicilia acceptam, omnibus exsulibus, exceptis Pisistratidis, in patriam redeundi potestatem permisisse; hunc autem reversum, violenta morte sublatum et in Cimoniis monumentis sepultum; (49) quin etiam ait illorum simplicitatem a Zopyro derideri, qui Thucydidem peregre quidem obiisse, Athenis vero sepultum fuisse putent: tum enim in paterno monumento aut non fuisset positus, aut clam positus, nec columnam adeptus esset nec inscriptionem: at enim columna ipsius sepulcro imposita nomen scriptoris indicat. (50) Verum illud constat, exsulibus in patriam redeundi potestatem fuisse factam, ut et Philochorus testatur, et Demetrius Phalereus, in libro de Archontibus Atheniensibus. (51) Ego vero Zopyrum nugari puto, qui Thucydidem [*non*] in Thracia obiisse dicat: licet Cratippus eum vere loquutum censeat. (52) Quod autem Timæus et alii eum in Italia sepultum fuisse tradunt, vereor ne vel perridiculum habeatur. (53) Fertur Thucydides hanc habuisse formam: vultum quidem cogitabundum, caput vero cum capillis in acutum desinens, et reliquam corporis habitudinem suis scriptis convenientem. (54) Eum autem obiisse tradunt vita ultra quinquagesimum ætatis annum producta, historia instituta ad suum finem nondum perducta.

55. Thucydides æmulatus est Homeri quidem dispositionem, Pindari vero grande et sublime dicendi genus. Obscure autem de industria loquitur, ne omnibus ad ipsius lectionem aditus pateret, neve parvi momenti et vilis esse videretur, si a quovis facile posset intelligi; sed voluit potius sapientissimis quibusque probatus, apud hos in admiratione esse. Qui enim a præstantissimis viris laudatur et laudem illorum judicio est consequutus, in posterum omne tempus eum honorem literarum monumentis mandatum est adeptus, quem iteratum posterorum judicium non facile est deleturum. (56) Nonnihil etiam, ut ait Antyllus, Gorgiæ Leontini studium est imitatus, ut verba verbis

τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. (57) μάλιστα δὲ πάντων, ὅπερ εἴπομεν, ἐζήλωσεν Ὅμηρον καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας, τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ τοῦ κάλλους καὶ τοῦ τάχους. (58) τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διὰ παντὸς διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ περιθέντων λόγους τινὰς οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας), μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ στάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας· ὅπερ ἐστὶ λόγων τελείων εἰκών. (59) τριῶν δὲ ὄντων χαρακτήρων φραστικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους ἐζήλωσε τὸν ὑψηλὸν ὡς ὄντα τῇ φύσει πρόσφορον τῇ οἰκείᾳ καὶ τῷ μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου· ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον ἐοικέναι ταῖς πράξεσιν. (60) ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο, ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνός, ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. (61) διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι καὶ μεταφοραῖς τισί. (62) περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς οὐκ ἔστι ῥητορικῆς ἀλλὰ ποιητικῆς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι ποιητικῆς, δῆλον ἐξ ὧν οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. (63) εἰ δέ τις ἡμῖν ἀντείποι ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἐστίν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ Πλάτωνος συγγράμματα οὐδὲ τὰ ἰατρικά, λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ συγγραφὴ κεφαλαίοις διαιρεῖται καὶ ἐπὶ εἶδος ἀνάγεται ῥητορικῆς, κοινῶς μὲν πᾶσα συγγραφὴ ἐπὶ τὸ συμβουλευτικόν (ἄλλοι δὲ καὶ ὑπὸ τὸ πανηγυρικὸν ἀνάγουσι, φάσκοντες ὅτι ἐγκωμιάζει τοὺς ἀρίστους ἐν τοῖς πολέμοις γενομένους), ἐξαιρέτως δὲ ἡ Θουκυδίδου ἐν τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ὑποπίπτει, τῷ μὲν συμβουλευτικῷ διὰ τῶν ὅλων δημηγοριῶν πλὴν τῆς Πλαταιέων καὶ Θηβαίων ἐν τῇ τρίτῃ, τῷ δὲ πανηγυρικῷ διὰ τοῦ ἐπιταφίου, τῷ δὲ δικανικῷ διὰ τῆς δημηγορίας τῶν Πλαταιέων καὶ τῶν Θηβαίων, ἃς ἀνωτέρω τῶν ἄλλων ὑπεξειλόμεθα. (64) ὅπου γὰρ δικασταὶ κρίνουσι Λακεδαιμονίων οἱ παραγενόμενοι, καὶ κρίνεται πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὁ Πλαταιεὺς καὶ ἀπολογεῖται περὶ ὧν ἐρωτᾶται διὰ πλειόνων τοὺς λόγους ποιούμενος, καὶ ἀντιλέγει τούτοις ὁ Θηβαῖος εἰς ὀργὴν τὸν Λακεδαιμόνιον προκαλούμενος, ἡ τοῦ λόγου τάξις καὶ μέθοδος καὶ τὸ σχῆμα δικανικὸν καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ εἶδος.

65. Λέγουσι δέ τινες τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου· ἀλλ' οἱ μέν φασιν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ Ξενοφῶντος· (66) πρὸς οὓς λέγομεν ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι δῆλον· οὐ γὰρ γυναικείας ἦν φύσεως τοιαύτην ἀρετήν τε καὶ τέχνην

